


1 VI
A-1



REAL ACADEMIA

DE

JURISPRUDENCIA Y LEGISLACIÓN



BIBLIOTECA

Núm.

Estante

Tabla



OBSERVACIONES


.....

.....

.....

1894





43 - 3 1/16437

PAP.

347.732.1(082)(09)(43)

347.732.1(09)(43)

347.7(09)(43)

347.7(43)(09)

34(43)347.732.1(09)

34(09)(43)347.7

34(43)347.7(09)

IO. GOTTL. HEINECCII. IC. 8/78

POTENTISS. PRVSSOR. REGIS A CONSIL.
SECRET. IVRIVM AC PHILOSOPH. IN ILL.
FRIDERIC. PROFESS. PVBL. ORD.

ELEMENTA

1 ~~VII~~
~~A-1~~

IVRIS CAMBIALIS

COMMODA

AVDITORIBVS METHODO

ADORNATA.



ACCEDVNT

VV. ILL.



GE. HENR. AYRERI
DE CAMBIALIS INSTITVTI VESTI-
GIIS APVD ROMANOS DIATRIBE;
EIVSDEM VINDICIAE CAM-
BIALES;

IO. FRID. EISENHARTI
BIBLIOTHECA IVRIS CAMBIALIS;
INDEX RESPONSORVM
CAMBIALIVM FRANCOFVR-
TENSIVM.



EDITIO SEPTIMA

PRIORIBVS AVCTIOR MVLTQ ATQVE
EMENDATIOR.

NORIMBERGAE

IMPENSIS CAROLI FELSECKERI
c1823



19. COTTI. FERRUCIO. IC.

CONSTITUTIONAL REGISTER. CONSIST.

REGISTER OF THE HOUSE OF COMMONS.

1832-1833.

ELEMENTA

VARIS CAMERIS

AVDITIBUS ET HODIS

ANNA

ACCEDIT

AV. III.

EDICTO SEPTIMA

PHORIBUS AVDITIBUS ET HODIS

ROMBERGAE

1832-1833.

VIRO

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

CAROLO IOSEPHO

MAXIMILIANO

LIBERO BARONI

DE

FV⁶⁶RST ET KVPFERBERG

POTENTISS. PRVSSOR. REGIS

SVMMO STATVS ADMINISTRATO

SVMMI TRIBVNALIS

PRAESIDI

RERVM FEVDALIVM

DIRECTORI

ACADEMIARVM REGIARVM

CVRATORI

SACRVM.

VITRO

ILLUSTR. ISSIMO

EXCELSISSIMO

AROLO JOSEPHO

MAXIMILIANO

LIBRO BARON

DE

PRST ET KAPFERBERG

NOVITIS PRVON REGIS

MO STATVS ADMINISTRO

SVMMI TERRVNAS

PRARESIDI


REVVAKREVDALIN

DIRECTORI

ACADEMIARVM REVIARVM

CYRANORI

REVVAKREVDALIN



HONORATISSIMO
LECTORI

S. P. D.

EDITOR.



Sic denuo, superiorum iuf-
fu, publice legi patior
Elementa iuris cambia-
lis Heinecciana, emen-
datiora non solum, fed
et auctiora atque elegan-
tiora, quarum accessionum, ne quis
vaniloquentiae me publice accuset,
rationem paucis quidem, fed quan-
) : (3 tum

P R A E F A T I O.

tum sufficere potest, reddere in praesentia, temporis nimia coarctata angustia, conabor. Cuius rei veniam tanto certius mihi ab aequitate tua, honoratissime lector, promitto, quanto eam saepius abs tua humanitate ultro mihi esse datam laetus cognoui.

Sextus igitur iam agitur annus ex quo de libello hoc elegantissimo edendo cogitare coepi serio, et quo etiam primum in dias luminarias auras prodiit. Operam tum suam libenter offerebat bibliopola apud Amstelodamenses nobilissimus, Henricus Iansonius a Waesberg, cuius integerrimi, et de me multis nominibus meriti, uiri impenfis libellus splendide ibidem prodiit 1742, 8. mense. Naetus tum eram, amici cujusdam beneficio, exemplum anno saeculi trigesimo quarto scriptum, quo tempore ille ipse intererat scholis diuini iuridicis, et inter has illis, quibus lita oris facundia, perspicuitate

ac soliditate hanc iuris prudentiae nostrae partem auditorum coronae tradebat omni elogio maior, Io. Gottlieb Heineccius, uir post fata quoque celeberrimus. Qui quum non haberet, quem in tradenda iuris cambialis scientia ducem sequeretur commode: ipsi de tali compendio concinnando erat cogitandum. Non incognita equidem ipsi tum erant merita, quae editis iuris cambialis institutionibus non immerito adquisiuisse uidebatur Io. Christoph. Frankius, iurium in illustri Fridericiana nuper doctor clarissimus eaque maxima semper cum laude, data occasione, solebat commemorare: at deerant istis institutionibus, si uerum dicere licet, necessariae libelli, scholis destinati, dotes, ordo scilicet naturalis, iusta breuitas, ac denique perspicuitas. Quare auditorum commode, quod suprema ipsi semper lex fuerat, motus ipse quaedam in chartam coniiicere, ac primas ueluti huius pulcherrimae necessariaeque scientiae

tiae lineas ducere coeperat, fundamenta operis futuri praeitantiſſimi. Inter alia *cap. i. §. 7.* breuiter diſquirebat, an cambialis huius negotiationis ueſtigia quaedam apud Romanos ſuperſint, quod in primis uiſum fuerat Friſiae quondam Papiniano, Vlrico Hubero. Quumque uiderem, uirum illuſtrem, Georg. Henricum Ayrerum, eamdem quaestionem, paullo tamen uberius, tractaſſe in Epistoſa quadam gratulatoria interprete uſuſ ciue meo, uiro celeberrimo, Io. Matthia Gefnero, quem uenerationis, honoris, atque amoris cauſſa nomino, hanc ueniam ab ill. Ayrero mihi expetebam, eam ut iungere liceret hiſce elementis. Non ſolum ſtatim annuit uoto meo uir humaniſſimus, ſed et argumentum uberius paullo, quam ante factum erat, explicandum ſibi ſumſit in *Diatribes de cambialis inſtituti ueſtigiiſ apud Romanos*, non ita pridem a clariff. Iungio inter Opuſcula Ayreriana recuſa. Ne ue-

ro opusculo postumo deesset praesidium, id publice tum consecrabam illustrissimo Cocceio, qui libellum non solum, sed et me ipsum adeo, quae maxima mea felicitas est, gratiosissime suscepit. Adplaudebant libello harum rerum intelligentes arbitri et publice, et priuatim, quin in nonnullis academiis publice illustrari coepit ac explicari, eoque emtores inuenit non paucos.

Habes sic, honoratissime lector, breuem libelli primum editi historiam: iam quaenam ornamenta nouae huic editioni accesserint, paucis erit declarandum. Ante omnia operam dedi, ut numeri in allegationibus falsi corrigerentur: quo fine ipse tum leges, tum ordinationes cambiales, et libros quoque, qui ad manus erant, euolui adcuratius, uerosque

):(5

restitui

P R A E F A T I O.

restitui numeros. Dein quum uiderem, ab auctore nonnumquam citari leges cambiales antiquiores, id quoque dedi operam, ut nouas confulerem, numerosque earum adponerem, uel, si locus ex uetere allegatus in noua uel plane esset omissus, uel aliud quid dispositum, citationem plane delerem. Qua in re magno commodo mihi fuerunt clarissimi Schlittii notae instructissimae, quibus Ludouici *Introductionem in processum*, quem uocant, *cambialem* ditauit, quod gratus publice adgnosco. Sed mea sunt leuia. Ergo depraedicanda potius singularis humanitas atque beneuolentia amici ueteris, uiri illustris, Io. Christiani Gottlieb Heineccii, potentiss. Prussiae Regis ab aulae consiliis, et in equestri Academia, quae Lignitii floret, Iurium Professoris primarii celeberrimi-
que,

P R A E F A T I O.

que, qui nuper mecum communicavit exemplum in praelectionibus anno 1738. a diuo uiro habitis calamo exceptum, in quo non solum in ipsis paragraphis multa erant uberius explicata, sed et ubique fere adposita scholia, formulaeque in iudiciis usitatae sollemnes additae. Et exemplum hoc posterius in adornanda hac noua editione potissimum sum sequutus, nisi quod omiserim formulas tam in agendo excipiendoque, quam pronuntiando adhiberi solitas, quippe quae pro diuersitate casuum atque iudiciorum ipsae quoque uariare solent. Sic uale, beneuole lector, mihi et in posterum faue. Scrib. mense Decembri c1o1occcxxxvii.



Sexta iam prodit elegantissimi libelli editio, qui intra annos non adeo multos tot emtores reperit, ut iam ab aliquo tempore eiusdem

P R A E F A T I O.

dem exempla frustra sint quaesita in tabernis librariis. Quumque praelectiones iuris cambialis iterum essent inchoandae, quas aliquamdiu ob Rectoris munus a me interim gestum intermittere eram coactus, simul etiam de noua libelli editione, eaque, si fieri posset, ornatiore erat cogitandum. Et praesto erant scholia uaria diui auctoris, quae mecum communicari passus erat celeberrimus in Altonauiensi gymnasio iurium interpres, Meyckius, cui merito publice iam summas ago habeboque gratias.

Nec minus me obstrictum profiteor Io. Frider. Eisenharto, Helmstadiensium Antecessori celeberrimo, qui *Bibliothecam iuris cambialis*, quae haecenus desiderabatur, a se adcuratissime digestam beneuole mecum communicauit. Habent iam artis nostrae studiosi manuactionem, quos consulere de uno uel altero iuris cambialis articulo possint.

Denique lectorum commodo accessit quoque index rerum, cuius conficiendi curam
gratis

P R A E F A T I O.

gratis suscepit ornatissimus iuuenis, Carolus Ludouicus Rudolphi *) quem auditorem in praelectionibus habui diligentissimum.

Nec id praetermittendum uidetur, in collectione Responsorum atque decisionum iuris cambialis, ab illustri Ictorum Francofurtensium ordine exaratarum, quam nuper publici iuris feci, beato nostro auctori deberi num. 90. 94. 95. 97. 98. 99. 100. 101. 103. 107. 109. 110. 111. quae insigni cum fructu, sicuti tota collectio, conferri ab iis poterunt, qui in hac iuris prudentiae parte ulterius progredi cupiunt. Sic iterum uale, honoratissime lector, nouamque libelli praestantissimi editionem, meque adeo ipsum, beneuole suscipe. Scrib. Kal. Mart. c l o l o c c l v i.

* * * * *

Diuenditis prioris editionis exemplaribus, de septima, quam iam tibi, beneuole lector, exhibemus, erat cogitandum, de qua igitur
etiam

*) Is iam Berolini in Camarae iudicio patroni causae munere summo cum laude fungitur.

etiam quaedam, quae scire tua interesse uidebantur, monebimus. Et ante omnia quidem id dedi operam, ut sphalmata typographica, quae in priorem editionem irreperant, quantum per me fieri posset, tollerentur: quem in finem exemplum emendatum Felseckero, uiro honestissimo, cuius impensis libellus iam prodit, transmisi, speroque, omnia recte esse curata. At et de augmentis, si fieri posset, huic editioni adiiciendis, cogitavi serio. Ipsis quidem Elementis, si scholia quaedam, quae in praecedente omissa erant, excipias, nihil accessit: at beneficio ill. Ayrieri debeo *Vindicias cambiales*, in quibus non solum *Diatriben* ab obiectionibus Siegelianis liberat, uerum etiam de M. Ciceronis educatione, profectio in Graeciam, et commoratione Atheniensi doctissime exponit; ob quae gratias eidem ago habeboque maximas. Ill. Eisenharti *Bibliotheca iuris cambialis* auctior quoque hic comparet, quam antea fuerat, cui non minores debeo gratias. Denique accessit index Responsorum atque decisionum cambialium ab ill. Facultate iuridica, quae Francofurti floret, exaratorum, additis auctori-

bus,

PRAEFATIO.

bus, quibus singulae habentur. Dedi hoc precibus amicorum, qui saepius me de hac adiectione monebant, ut statim cognosci posset, quaenam potissimum quaestiones fuerint in iisdem ventilatae. Vtere ergo, honoratissime lector, hac noua editione, mihi que et in posterum faue. Scrib. a. d. 24. Mart.

CLCCCLXIII.



SE-

PRAEFATIO.



SERIES
EDITIONVM.

Amstelodami 1742, 8. Mai.

Venetiis 1746, 12.

Vitembergae 1748, 8.

Geneuae 1748, 4.

Francofurti 1748, 4.

Francofurti 1756, 8. mai.

Norimbergae 1764, 8. mai.



CAPVT I.

DE

IVRE CAMBIALI IN GENERE, EIVSVE ORIGINE.



§. I.

Contractuum omnium, quibus com-
mercia inter homines consistunt,
antiquissimus procul dubio est per-
mutatio, * quippe iis etiam temporibus usu
recepta, quibus nondum de cudenda pe-
cunia cogitatum est. *l. 1. pr. D. de contrah. emt.
uendit.* At ea permutatio non ad nummos,
qui tum nulli erant, sed ad alias res, quae
alteri superesse, alteri deesse uidebantur, per-
tinebat.

* Ea medio aeuo uocabatur *concampium*. Hinc
permutatio modo dicitur *campium* in *leg. Langob.
lib. III. tit. 8. §. 4.* modo *concampium* in *Form.
Lindenbrog. 139.* et *leg. Alam. tit. 20.* modo *con-
campiatum* *ibid. Form. 141.* et in *Charta Alam.
16.* apud Goldast. *Scriptor. rer. Alam. tom. II.*
a uerbo antiquo *campire*, *amperian*, de quo Pri-
scia-

scianus et alii ueteres. Id uero medio aeuo uarie detortum, ueluti in *cambiare*, leg. *Sal. tit. 39. §. 1. concambire*, *Form. Lindenbrog. 170. concambiare*, leg. *Sal. tit. 39. et Form. Lindenbrog. 19.* Vid. *Lindenbrog*, et *Car. du Fresne* in *Glossar. med. et infim. Latinit. his vocibus.*

§. II.

Postea tamen ad eos est porrecta.

Postquam uero intellecta permutationis incommoditate eligi coepit materia, cuius publica et perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis subueniret: emtio uenditio quidem frequentior esse coepit. At quia tamen et nummi non omnes uel eiusdem magnitudinis, uel ualoris, erant, saepissime contigit, ut aliud nummorum genus permutatione esset quaerendum; et ita hic contractus ad nummos porrigi coepit.

§. III.

Varia nummos permu- tantium nomina.

Qui itaque uaria nummorum genera, quae cuius necessaria uidebantur, aliis siue melioribus, siue deterioribus, monetae generibus permutabant*, atque inde faciebant lucrum, dicebantur inde *campsores*, *collybistae*, *mensarii*, et *argentarii***. De quibus ex instituto egit magnus rei usurariae et foenebris ueterum interpres, *Claudius Salmasius*, libri eruditissimis *de usuris*, *de modo usurarum*, et *de foenore trapezitico*.

* Sic etiam apud Iudaeos in foro, ipsoque templo, reperiabantur *τραπεζιται*, *Matth. XXV, 27. κερματισαι*, *Ioann. II, 14. κολλυβισται*, *Matth. XXI, 12.* quorum omnium ea erat negotiatio, ut pro minor

minore moneta grandiore, uel pro hac minutiore, stipulati sibi aliquod lucellum pro nauata opera darent. Qua permutatione uel ideo saepius opus erat Iudaeis, quod, qui sanctuario quotannis inferendi erant ficli, non omnium manu tererentur. Vid. Io. Selden. *de synedr. et praefectur. iuridic. ueter. Ebraeor. lib. III. cap. 10. §. 2.* Apud Graecos quoque frequentissimi erant *τεραπεΐται, ἀργυρογνώμονες, ἀργυρομύθοι, κολλυβισαί*, de quibus Iul. Pollux in *Onomast. lib. III. cap. 9. et lib. VII. cap. 35. num. 3.* ubi *κόλλυβον* interpretatur *ἀργυρῆ ἀλλάγη*, *argenti-permutationem.* Romanis etiam *campsores* uocabantur a *campfando*, i. e. *permutando.*

** Differunt itaque a *nummulariis*, quia *argentariorum* negotiatio publicam causam habebat, *l. 10. §. 1. D. de edend.* hi autem priuatim *collybisticam* exercebant.

§. III.

Sed nihil haec pecuniae permutatio, cui *Nihil tamen ipsi quoque quadrat uocabulum Germanicum, Wechself*, commune habet cum negotiatione *ista nummorum permutatione commune habet cambiali hodierna, qua id agitur, ut pecunia cum cambiis a nobis Titio hoc loco numerata, oblatis litteris cambialibus, alio loco a Sempronio soluatur ei, qui has litteras uel a Titio, uel a legitimo possessore iusto titulo acceperit. Quemadmodum enim in negotio collybistico inter duos in continenti fit permutatio specierum: ita hic quatuor concurrunt personae, et permutatio fit quaedam quantitatum, ita, ut quantum hoc loco ego solui Titio, tantumdem alteri a Sempronio alio loco soluatur. Vid. Vlr. Huber. Praelect. Pand. lib. XVII. tit. 1. §. 12.*

§. V.

*Differentia
inter cam-
bium reale
et locale.*

Itaque probe distinguendum est cambium, quod *reale* uel *manuale* uocant, quod nummi in continenti apud mensam permutantur, a *locali*, *mercantili*, uel *traiectitio*, de quo nos agimus. Illud uno loco exercetur a collybistis, qui ideo in iure nostro uocantur *argenti distractores*, l. 27. C. de pignor. et l. 2. §. 2. C. de constit. pecun. nec non *argenti uenditores*, l. 12. §. 3. C. de cohortal. Hoc pluribus locis per tesseras collybisticas, uel litteras cambiales, solet explicari per personas, uel publicas, uel priuata auctoritate negotiantes.

§. VI.

Cambium locale ueteribus an fuerit notum?

Sed quaeritur hic, an posterius cambii genus, quod proprie huius loci est, ueteribus iam notum fuerit? Et sane id adfirmant haud pauci ideo, quia passim mentio fit symbolorum uel tesserarum collybisticarum, ueluti apud Plaut. in *Pseud.* act. IIII. scen. 2. u. 44. Sed caue has tesseras cum litteris nostris cambialibus confundas. Solebant enim ueteres pecunias apud mensarios deponere, et stipulari, ut nemini soluerentur, quam qui certam tesseram exhiberet. Haec uero magis adsignatio erat, quam cambium. Quemadmodum enim, qui ex arca soluebant, *a se soluere*, ita qui depositam alibi pecuniam creditori adsignabant, *ab alio dare, soluere, numerare, reprae-*

repraesentare dicebantur. Vid. l. 6. §. 1. D. de
adim. uel transfer. legat.

§. VII.

Propius ad cambiorum nostrorum simi- *An Roma-*
litudinem accedit mos ueterum, ita permu- *nis?*
tandi pecuniam, ut, quam quis Romae soluis-
set, ea alii Athenis redderetur. Talem enim
pecuniae permutationem saepissime memo-
rat Cicero, *Epist. ad Attic. lib. XII. epist. 24.*
lib. XV. epist. 15. item ad diuers. lib. II. epist. 17.
*et lib. III. epist. 5. ** Ex quibus locis recte col-
legit Huberus l. c. ne locale quidem cambium
Romanis ignotum fuisse. Attamen et hanc
permutationem pecuniae a negotiatione cam-
biali hodierna, et forma et effectu, quam ma-
xime discrepasse, post alios animaduertit Io.
Henr. Berger. *in Supplem. elector. process. exsequut.*
thes. 1. posit. 7. pag. 3.

* Quae loca nescio, cur tam sicco pede trans-
eant uiri docti, qui notas in Ciceronem scripse-
runt, quum aliis minoris momenti praeter ne-
cessitatem immorentur. Inde ergo patet, Ro-
manos, quum olim ipsas pecuniae species tam-
quam traiecitias sub foenore nautico e loco
in locum transmitterent, postea nouum repe-
rissent compendium, pecuniamque Romae solu-
tam permutando alibi recepisse. Quod quin
cambiali negotio simile sit, nemo dubitauerit.
Vnde miramur, id negare Schilter. *in Prax.*
jur. Rom. exerc. XXXII. §. 9.

§. VIII.

Paullatim ergo et non semel simulque ad *Sensim bo-*
eam perfectionem, quam hodie miramur, per- *diernum or-*
tum.
uenit

uenit negotiatio ista cambialis, et quidem opera mercatorum Venetorum et Langobardorum. Id quod uel inde colligimus, quod uocabula technica huius negotiationis tantum non omnia sint Italica, ueluti, *trassa*, *ualuta*, *indossamentum*, *aduiso*, *scontro*, cet. adeoque rei originem satis prodant.

§. VIII.

Cambium
hodie duplici sensu accipitur, et definitur.

Hodie cambium accipitur uel pro *litteris cambialibus*, uel pro *ipso cambio*. Si prius: per cambium intelligimus litteras sollemni formula scriptas, quibus quis alterum solui iubet praesentanti certam pecuniae summam, sibi iam numeratam, suoque nomine satisfactionem promittit. Sin posterius: cambium erit negotium e uariis contractibus conflatum, quo pecunia uni soluta alio loco ab alio reddi debet, tradita scheda cambiali, arctissimo paratae executionis et arresti uinculo adstrictum.

§. X.

Inuentio
cambio et leges cambiales condicoeperunt.

Inuentio itaque femel hoc negotiandi genere, non tantum certa iura consuetudine inuauerunt, sed et leges scriptae de cambiis et iure cambiali condicoeperunt a summis potestatibus. Sane iam ex saeculo decimo quarto Statum Venetum de cambiis exstat, quod allegat Nicol. de Passerib. *de scriptur. priuat. lib. III. quaest. 3. rubr. de litter. cambial. §. 16.*

pag.

pag. 233. Et ex eo tempore regna, res publicae, emporia tantum non omnia coeperunt habere leges cambiales, quae uocantur *Wechsel-Ordnungen*.

§. XI.

Quum uero *ius cambiale* nihil aliud sit, quam complexio legum et consuetudinum cambialium iusto ordine digesta: facile patet, illud recte in *scriptum* et *non scriptum* diuidi solere, quorum prius ex legibus cambialibus (*aus denen Wechsel-Ordnungen*) depromitur, posterius uocari solet *die Wechsel-Vsance*, uel *Wechsel-Coutume*.

Ius cambiale quid sit, et quotuplex?

§. XII.

Si ergo *ius illud cambiale* pro habitu accipias, id est, pro ipsa iuris prudentia cambiali, erit habitus practicus leges et consuetudines cambiales recte intelligendi, interpretandi, adplicandique controuersis ex litteris cambialibus ortis.

Ius cambiale habitualiter acceptum quid sit?

§. XIII.

Quamuis uero tot gentium ciuitatumque leges cambiales non per omnia conueniant: sunt tamen quaedam omnibus communia, et ea recte pro principio iuris cambialis proprio, ac ueluti domestico, habentur. Vnde regula I. *mores et praecepta cambialia omnibus gentibus emporiisque communia praecipuum sunt iuris cam-*

Principium I.

bialis fundamentum, adeoque et ea omnia iusta sunt, quae ex istis praeceptis uniuersalibus iusta ratiocinatione eliciuntur.

§. XIII.

Principium
II.

Quumque totum negotium cambiale uel collybisticum ex uariis contractibus conflatum sit, dubitari nequit, II. quin ea, quae ius naturae et gentium, iura statutaria, immo et ius commune singulis locis de his contractibus praecipit, etiam in cambiis ualeant, nisi iis more et consuetudine cambiali sit derogatum*. Id quod alterum, ac ueluti commune, est iuris cambialis principium, ex quo simul intelligitur, quo sensu dixerint Barthius in *Hodeget. forens. cap. 4. §. 21.* et Franckius in *Inst. iur. camb. lib. I. sect. 1. tit. 1. §. 11. 12.* ius naturae et Romanum suppeditare fundamentum decidendi controuersias cambiales.

* Ita Bononiae non ualent statuta curiae mercatoriae, quousque capitula cambialia illis aduersantur. *Q. C. Bonon. art. 22.* Sunt uerba Franckii in *Inst. iur. camb. l. c. §. 3. not. a.*

§. XV.

Quis ordo in
decidendis
caussis cam-
bialibus ser-
uetur?

Itaque inde colligitur, in decidendis causis cambialibus eum seruandum esse ordinem, ut 1) ratio habeatur pactorum, quae inter cambiantes intercesserunt, modo illa licita sint, siquidem et haec hic dant legem contractibus. *l. 23. D. de reg. iur.* 2) His deficientibus leges cambiales singulis locis receptae, et, si forte hae quoque quaestionem

non

non definiant, 3) usus et consuetudines cambiales * ubique, uel saltim in plerisque emporiis receptae, ac denique 4) iura statutaria, et, his deficientibus, 5) iura communia in consilium adhibeantur. Vid. Franck. l. c.

* Quo inprimis etiam pertinet finis totius negotiationis collybisticae in eo consistens, ut fides inter mercatores seruetur. Ex quo collegerunt doctores, nihil admittendum esse in iure cambiali, quod perfidiae fauere uideatur, quippe cui nervos omnes incidere uoluerunt, qui primum inuenerunt tesseras collybisticas. Vid. Raph. de Turri de camb. disp. II. qu. 14. n. 34. et Willenberg. Diss. de exceptione doli mali in cambiis cessante.

§. XVI.

Denique totum ius cambiale eo ordine *Ordo tractationis.* quam commodissime tradi posse uidetur, ut 1) de cambio generatim, uariisque eius generibus, 2) de contractibus cambialibus, 3) de litteris, quibus illi comprehenduntur, 4) de personis cambiantibus, 5) de obligatione ex cambiis nascente, et 6) de modo litigandi seu processu cambiali, agatur. Quamuis enim subtiliorem ordinem excogitari posse facile largiamur: nobis tamen semper ille ordo uidetur quam commodissimus, qui ipsi naturae rei quam conuenientissimus est.





CAPVT II.

DE

CAMBIO GENERATIM, VARIIS. QVE EIVS GENERIBVS.

§. I.

Prima cambiorum diuisio in proprium et locale.

Quid sit cambium, paullo ante (*cap. I. §. 9.*) uidimus, ostendimusque, ad illud concurrere quatuor personas, et pecuniam uno loco solutam altero reddi. At saepe tamen contingit, ut in uero mutuo debitor creditori det litteras cambiales chirographi loco, quae tunc uocantur cambium *proprium*, (*ein eigener Wechsel*), et opponuntur cambio *locali*, (*einem trassirten Wechsel*), ubi pecunia uni hoc loco soluta alteri alio loco ab aliquo solui iubetur. Quo ipso primam habes cambiorum diuisionem.

§. II.

In cambio proprio quot personae?

Quum itaque in cambio proprio duae tantum personae inter se, debitor et creditor, contrahant (§. I.): necesse est, ut uterque duarum personarum uicem sustineat, adeoque debitor se simul trassantem, simul acceptantem; creditor uero simul remittentem, simul praesentantem esse fingat.

§. III.

§. III.

Quamuis ergo eius modi litterae cambiales uere sint chirographa, cambiorum schemate induta: tamen ideo permagni momenti sunt, quod 1) uti alia cambia possunt indossari, 2) facillime praescribuntur, et 3) non sequuta solutione locus est processui et exsequutioni cambiali.

Cambia propria cur praeferenda chirographis?

§. IIII.

Quum itaque hoc cambium proprie sit chirographum, cambii schemate indutum (§. 3.): consequens est, ut nec praesentatione, nec protestatione indigeat *, sed dies interpellat pro homine, 2) ut hoc cambium semper sit solum, numquam secundum, tertium, cet. 3) ut saepe isti inferantur clausulae, pignoratitia et hypothecaria, Ludouic. *Introd. in process. camb. cap. 16. §. 6.* quamuis hypothecae constitutio in cambio facta iure Brandenburgico nullius effectus sit. Vid. O. C. *Brandenb. art. 51.*

Singularia cambii proprii.

* Alias cambia, si non acceptantur, remittuntur cum protestatione, (*der Wechsel gehet mit Protest zurück*). Id statim fieri debet, adhibito notario atque testibus, et protestatio mittenda proxima occasione, (*mit der nächsten Post*).

§. V.

Ex eodem principio sequitur, 4) ut in cambio traffato stricte obseruandus sit dies solutionis, adeo, ut ne quidem ante illum solui possit; qua in re omnes leges cambiales conspirant.

Solutio in utroque cambio quando recte fiat?

Spirant. In cambio uero proprio et ante diem solutio recte fit; quod et iuris communis est. *l. 38. §. 16. D. de uerbor. obligat. Vid. Freyer, de solution. cap. 5. num. 21.*

§. VI.

Ratio, cur in cambio proprio ante diem recte solui possit.

Equidem et chirographarius debitor non semper ante diem recte soluit, quia, si sub usuris ipsi creditum est, dies magis in fauorem creditoris, quam debitoris, adiecta censetur. Sed id contingere non potest in cambiis propriis, ubi usurae separatim numquam promittuntur, sed in fortem statim computantur.

§. VII.

Vtraque cambia sunt uel indossata, uel non indossata.

Haecenus de cambiis propriis et trassatis uel localibus. Vtraque deinde diuiduntur in *cessa uel indossata, et non cessa seu non indossata.* Quum enim unusquisque ordinarie ius suum alteri cedere recte possit: nullum est dubium, quin praesentans uel ipse possit cambium acceptanti offerre, et solutionem exigere, uel id ius alii cedere, id quod uocant *indossamentum, (das Indossement)*, quia dorso inscribi solet.

§. VIII.

Consensus in cessionem expressus an, et quibus locis, requiratur?

Hinc in cambiis ipsis plerumque scribitur, *der Herr beliebe zu bezahlen an Titium, oder dessen Ordre, uel, an Titium, oder Commiss.* Enimuero si uel maxime haec formula in literis cambialibus non legatur, indossamento nih.

nihilominus locus est, modo id leges cambiales speciatim non prohibeant, quia cessionem et ignorante et invito debitore fieri posse, notum est ex *l. 1. C. de nouat.* * Quin aliquando et inuitus alii cambium cedere tenetur, si illi inest clausula, *der Herr zahle an Titii Ordre.* Tunc enim Titio solui non potest, sed eius indossatario.

* Praeterquam quod ex legibus cambialibus Franciae, nec non Lipsiensibus, cessio tunc nullius momenti est, si formula ista in cambiis sit omissa.

§. VIII.

Ex quo porro sequitur, ut cessio uel indossatio ab unoquoque unicuique fieri possit, adeoque et Iudaeo a Christiano, et Christiano a Iudaeo cambium recte cedatur. Quamuis enim Iudaei Christianis contra Christianos actiones cedere prohibeantur *Recess. imper. a. 1527. §. 79. et Ordin. polit. a. 1577. tit. 20. art. 4.* id tamen in praxi non obseruari, recte monet Berger. in *Oeconom. iur. lib. III. cap. §. §. 4.*

Num omnibus indossare cambia liceat?

§. X.

Id uero praecipue obseruandum, cambia cedi uel indossari bifariam. Aut enim ita improprie fit cessio, ut alter procurator indossantis fiat in rem alienam, quod fit formula, *vor mich an Herrn Iauolenus, soll mir gute Zahlung seyn,* uel, *es soll mir validiren:* aut cessio est

Cambia quotuplici modo cedantur?

est uera et propria, eum in finem facta, ut
cessionarius fiat dominus cambii, quod fit for-
mula, *vor mich an Herrn Iauolenus, Valuta von
demselben.* Prior indossatarius, quia tantum
procurator est, cambium alterius indossare
nequit: huic autem regulariter id est integrum.
Vnde saepe sex uel plures cessiones dorso cam-
bii inscriptae leguntur, quale cambium tunc
uocari solet *ein Giro*, uel, *ein girirter Wechsel.*

§. XI.

*Quale indos-
samentum
prohibitum?*

Nec minus notari meretur, leges cam-
biales tantum non omnes ob innumeras frau-
des prohibere cessiones, quae solo subscripto
nomine fiunt, ac proinde uocantur *Indossamen-
ta in bianco.* Ex his ne actio quidem datur,
nisi ante praesentationem nomen indossatarii
ab indossante inscriptum sit. Vid. O. C. Lips.
§. 11. Dantisc. art. 27. Brandenb. art. 44.

§. XII.

*Cambia
trassata sunt
uel feriarum,
uel platearum.*

Transeamus ad tertiam cambiorum diui-
sionem, quae tantum ad localia uel trassata
cambia pertinet: alia enim eorum *feriarum*,
(*reguliere uel Mess - Wechsel*), alia *platearum*,
(*irreguliere Wechsel*) solent adpellari. Illa
sunt, quae in nundinis publicis soluuntur;
haec, quae extra nundinas in emporiis prae-
sentantur.

§. XIII.

*Cambia pla-
tearum sunt
uel a Vista,*

Cambia platearum sunt uel *a Vista*, (*nach-
Sicht*), quando solutio iniungitur aliquot diebus
post

post uisum cambium, quod mercatores eloquuntur, *drey Tage nach Sicht. beliebe der Herr zu bezahlen*; uel a dato, quando acceptans soluere iubetur intra certum tempus a datis literis cambialibus, e. gr. *von dato über vier Wochen beliebe der Herr zu bezahlen*; uel denique a Vso, quando tempore consueto soluere tenetur acceptans, quod tempus Lipsiae, in terris Brandenburgicis, Francofurti, Dantisci, et Vra-tislauiae est 14. Augustae Vindelicorum uero et Norimbergae 15. dierum. Vnde facile intelligitur, quid sit *doppio Vso*, (*doppelt Vso*), cet. Vid. O. C. Lips. §. 15. Augustan. cap. 2. §. 1.

§. XIII.

Quamuis uero id tempus uocari soleat tempus fatale solutionis: quibusdam tamen locis etiam elapso illo tempore, quod in cambio expressum est, acceptanti dari solent induciae aliquot dierum, e. gr. trium, quatuor, quinque, sex, qui uocantur *Respit-* uel *Discretions-Tage*, nec non *Nach-* uel *Ehren-Tage*, de quibus singularem in hac Academia dissertationem scripsit Io. Christoph. Franckius. Hae induciae in terris Brandenburgicis sunt trium dierum, O. C. Brandenb. art. 24. in Saxonia uero ob fidem mercatorum uacillantem plane sunt abolitae. Vid. O. C. Lips. §. 15.

An et quando dies induciarum dentur?

Heinecc. Elemb. iur. camb

B

§. XV.

§. XV.

*Diuersa ho-
rum cambio-
rum indoles?*

Contra plane alia est cambiorum, quae feriarum uocant, indoles, quam platearum. Nam 1) illa certo tempore praesentanda sunt, elapso uero illo tempore non amplius admittuntur, et Lipsiae quidem in nundinis uernis et autumnalibus *vom ersten Tag nach eingeläutetem Marckt bis Freytag zu Mittag um 10. Vhr*, in hiemalibus uero *bis zur Ausläutung der Messe*. 2) Cambia feriarum soluenda etiam certo tempore, e. gr. Lipsiae die Iouis posterioris hebdomadis, quae uocatur *die Zahl-Woche*, usque ad horam decimam nocturnam. Vid. *O. C. Lips.* §. 14. 3) Nulli hic admittuntur dies induciarum.

§. XVI.

*Vtrisque
cambiis com-
munis ac-
ceptatio in
honorem
litterarum
facta.*

Ceterum commune id habent utraque cambia, quod aliquando a tertio, qui in cambio non est nominatus, soluantur. Quum enim saepenumero contingat, ut is, ad quem cambium dirigitur, acceptationem deneget, tertius uero traſſantis amicus illud sponte et ultro acceptet: haec acceptatio uocatur *in honorem litterarum*. Eaque non aliter fieri potest, quam 1) interposita a praesentante protestatione, et 2) expresso eius nomine, cuius in honorem acceptatio facta fit.

§. XVII

§. XVII.

Porro cambia uel sola, uel plura simul dari posse, iam supra animaduertimus. Posteriorius fit commodo praesentantis, ut, uno alteroue exemplari deperdito, reliquis adhuc uti possit. Tunc uero obseruandum est campforibus, 1) eas litteras omnes pro unicis haberi, 2) easdem per omnia sibi firmiles esse debere, praeterquam quod secundis et sequentibus inferi solet clausula, *wenn Prima noch nicht bezahlet, uel, der Herr bezahle auf diesen meinen Secunda Wechsel-Brief, Prima unbezahlt*, 3) recte et adcurate illas esse numerandas, ne binnae secundae, uel tertiae, existant.

Cambia plura quando, et cur, dentur?

§. XVIII.

Qui plures eius generis tesseras collybiticas habet, primam statim potest praesentare ad acceptandum, dum reliquae per alia loca girentur. Acceptantis enim aequae, ac trassantis, non interest, si uel maxime reliquae per cessionem in alienas manus perueniant, quia non nisi ex una soluit, ex reliquis uero tum demum solutio exigi potest, si illa ex prioribus nondum sit praestita.

Quo effectu?

§. XVIII.

Sunt et alia cambiorum genera paullo infrequentiora, uti ea uocat Franck. *Inst. iur. camb. lib. II. sect. 1. tit. 1. seqq.* Talia sunt, 1) *sambium pro computo alieno*, (*für fremde Rechnung*),

Recensio cambiorum paullo infrequentiorum

nung), quando institor uel proxeneta alterius mandato cambium trassandum curat, 2) *conditum*, quando unus ex contrahentibus duas pluresue personas, alias in hoc contractu concurrentes, repraesentat, 3) *conditionale*, quando litteris cambialibus conditio quaedam licita, et legibus permissa, ab uno contrahentium adiicitur, denique 4) *interimisticum*, quod quis soluta nondum ualuta interim dat trassanti securitatis causa, quod tamen a proprio uix differt.

§. XX.

*Cambium
siccum quid
sit, et unde
ortum?*

Denique inter pontificios natum est *cambium siccum*, quod nihil aliud est, quam imitatio *ingenarium*. Simulatur enim trassari cambium, quum re uera id agatur, ut pecunia credita post interuallum eodem loco cum foenore ob eiusdem usum soluendo reddatur. Quod quum in fraudem canonum, foenus et usuras prohibentium, repertum sit, plerisque legibus Romano-catholicorum cambialibus prohibetur. Vid. Franck. *Inst. iur. camb. lib. II. sect. 1. tit. 8.*

§. XXI.

Conuenientia eorum cum propriis.

Sed sicca haec cambia neque apud Protestantes prohibita sunt, et cum propriis fere per omnia conueniunt. Nam et in his id plerumque

rumque agitur, ut pecunia credita eodem loco, additis forti usuris, adeoque cum lucro, reddatur. Talia vero cambia propria ne inter pontificios quidem hodie tam stricte vetita esse, postquam *Recess. imper. a. 1600. §. 179.* usurae tolerari coeperunt in imperio, obseruauit Wenceslaus Neumannus a Puch-

holz, *de camb. cap. 10. §. 6. 7. 8.*





CAPUT III.

DE

CONTRACTIBVS CAMBIALIBVS.

§. I.

*De contra-
ctibus cam-
bialibus cur
hoc capite
agatur?*

Iam supra diximus, cambiale negotium conflatum esse ex uariis contractibus. Itaque ad eius naturam distinctius cognoscendam quam maxime necessarium est, contractus illos, qui inter tot personas intercedunt, eorumque naturam ac indolem, probe perspectos habere. Quare de iis hoc capite ex instituto agere, animus est.

§. II.

*Variae
aliorum opi-
niones.*

Cambialem obligationem ex contractu nasci, inter omnes constat: qualis uero sit iste contractus, de eo adhuc sub iudice lis est. Pro *permutatione* illum uenditauit Lauterbachius in *Dissert. de contractibus innominatis*, *collar* 2. et 3. Alii eundem pro *locatione conductione*, alii denique pro *emtione uenditione* habuerunt.

§. III.

*Quae resu-
tantur.*

Sed nullum horum contractuum cambii naturam ac indolem exhaurire, facile unusquisque intelligit. *Permutatione* enim id agitur

ut res pro re, species pro specie, detur: in cambio uero, ut quantitas quaedam pecuniae hoc loco soluta ab alio alibi reddatur. Vnde nec locus hic est poenitentiae, nisi praesentans tantum fit remittentis procurator. Vid. *O. C. Hamburg. art. 7.* Nec *mutuum* * dici potest, quia pecunia non semper datur, ut reddatur; sed saepe redditur, antequam detur. Nec *mandatum* tantum subesse potest, ubi contrahentes ab initio statim ad mutuam praestationem tenentur, et ubi a numeratione pecuniae incipit obligatio.

* Ipsum cambium proprium quidem est mutuum palliatum, sed tamen habetur pro nouatione, quia quis iam ex litteris potius obligatur, et noua inde actio oritur, nempe *die Wechsel-Klage.*

§. III.

Non minus falluntur, qui hic fingunt *depositum*, ubi res in specie non redditur, et is, qui pecuniam accipit, eiusdem dominium consequitur. Quae ultima ratio etiam impedit, quo minus *locatio conductio* dici queat. Denique *emptio uenditio* ideo dici non potest, quia in hoc contractu non redditur res pro pecunia, sed pecunia pro pecunia, quantitas pro quantitate, quamuis campsores saepe uti soleant phrasi, *einen Wechsel kauffen.* Vid. *O. C. Brunswic. art. 2.*

*Continuatio
refutationis*

§. V.

Fontes erro-
rum osten-
duntur.

Fieri sane non potuit, quin omnes hi au-
ctores opinione sua fallerentur, 1) quod ne-
gotium inter tot personas gestum ad unum
contractum referre conentur, quum tamen
illud ex pluribus conflatum esse facile intelle-
xissent, si mens non laeua fuisset; 2) quod ne-
gotium hoc ad formam contractuum Roma-
norum exigere uoluerint, quum multa a po-
steris sint inuenta, de quibus Romani olim ne
per somnium quidem cogitarunt, quales sunt
contractus feudalis, adsecurationum, uitali-
tii, focidae, lotariae, bodmeriae, cet. de qui-
bus consulto Papiniano, si reuiuisceret, faten-
dum esset, sibi iam de nouo ius esse addiscen-
dum. Conf. Gottl. Gerhard. Titii *Ius priu-
tum*, lib. III, cap. 14. §. 1. et §. 16.

§. VI.

Ex pluribus
conuentioni-
bus constat
negotium
cambiale.
Primus et
principalis
contractus
inter remit-
tentem et
trassantem
peragitur,
qui quam
proxime ad
litteralem
accedit.

Rectius ergo obseruarunt Schilter. in *Pro-
xi iur. Rom. exerc. XXXII. §. 10.* et Stypman-
nus *de iur. maritim. part. III. cap. 8. §. 42.* ex
pluribus conuentionibus constare negotium
istud cambiale, easque contractibus iuris Ro-
mani non per omnia similes esse. Primo enim
inter se contrahunt remittens et trassans. Ille
numerat pecuniam, ut hic det litteras cam-
biales: hic acceptam a se pecuniam scriptis
litteris fatetur, spondetque, eam alio loco so-
lutum iri. Hunc uero contractum proxime

accedere ad naturam contractus litteralis, post alios obseruauit Iust. Henning. Boehmerus *de actionib. sect. II. cap. 9. §. 16.* Conf. quoque Titius in *Iur. priuat. lib. X. tit. 5. §. 53.*

§. VII.

Obiici posset, scripturam uel litteras magis ad naturalia, quam ad essentialia cambii pertinere, et si aliunde probari possit, inter contrahentes ita conuenisse, ut pecunia hic numerata alibi reddatur, nihil esse causae, cur inde nasci non debeat obligatio. Vid. Rhetii *Diss. de uersur. cap. 1. thes. 10.* Sed responderem, tunc obligationem quidem nasci, non tamen cambialem; dari etiam actionem, at non cambialem.

Obiectio praeposita, remotaque.

§. VIII.

Eiusdem momenti est argumentum, quod sententiae nostrae obuertit Stypmann. *de iur. maritim. part. IIII. cap. 8. §. 40.* cambium ideo non posse dici contractum litteralem, quod non soluat is, qui scripserit, sed tertius extraneus, nec ideo soluatur, quod scriptum sit, sed quod pecunia sit numerata. Nam ad prius responderem, illum etiam in sensu iuridico uere soluere, qui ab alio soluit, *l. 56. l. 87. D. de solut.* ad posterius uero, falsum esse, transfantem obligari ideo, quod pecuniam accepit; obligatur enim, quia se illam accepisse scripsit, et quia locus non est exceptioni non

Stypmanni argumentis respondetur.

numeratae pecuniae, nisi ea in continenti sit liquida.

§. VIII.

Conseñtaria.

Quum ergo omnino pro certo habendum sit, primum illum et principalem contractum, qui inter remittentem et trassantem intercedit, ad litteralem quam proxime accedere: inde omnino consequitur, 1) ut acceptans, si indossanti soluerit, et ab eo acceperit instrumentum cessatorium, (*einen Mortifications-Schein*), indossatario nihilominus solvere teneatur, Berger. *Elect. process. execut.* §. 53. 2) ut indossatarius cessionem indossato denunciare non teneatur, contra *l. final. D. de transact.* 3) ut indossatarius cessionario extracambiali, licet antiquiori, praeferatur, contra *l. 2. C. qui potior. in pignor.*

§. X.

Neque tamen existimandum est, adeo omnia, quae de contractu litterali monet Iustinianus in §. *un. Inst. de litterar. obligat.* etiam in cambiis obtinere, ita ut nulla in re ab eius natura discedant. Nam 1) ne ante biennium quidem locus est exceptioni non numeratae pecuniae, nisi in continenti sit liquida, 2) si opponatur, eius exceptionis probatio ipsi reo incumbit, non aëtori. Vid. Io. Henr. Bergeri *Diss. de exceptione non numeratae pecuniae aduersus cambium.*

In quonam cambium a contractu litterali differat?

§. XI.

§. XI.

Et hic quidem primus et principalis contractus est, quem inter remittentem et traſſantem intercedere diximus. Alter initur inter traſſantem et eum, cui ſolutio iniungitur. Hic uero contractus uere in mandato conſiſtit *, quia acceptans, ſuſcepto illo mandato, ad ſoluendum, adeoque ad negotium alienum explicandum, obligatur.

Alter contractus inter traſſantem et acceptantem.

* Equidem Franck. *Inſtit. iur. camb. lib. I. ſect. 1. tit. 4. §. 20.* negat, inter traſſantem et acceptantem ſemper intercedere mandatum, quia ſolutio etiam ſocio uel inſtitori iniungi poſſit. Euimvero poteſt diuerſo reſpectu aliquis et ſocius, et inſtitor, et mandatarius eſſe. Quis enim neget, etiam ſocio et inſtitori mandari poſſe?

§. XII.

Ex quo ſequitur, 1) ut tertius, cui ſolutio iniungitur, cambium acceptare inuitus non teneatur, 2) ut ſemel illo acceptato obſtriſtus ſit ad ſolutionem, 3) ut hoc, tamquam mandatario, ſolutionem denegante, et interpoſita proteſtatione, reſſus aduerſus mandantem pateat, 4) ut acceptans, tamquam mandatarius, fines mandati non egredi, adeoque nec ante tempus, nec ante conditionem litteris expreſſam, nec alia moneta, quam ipſi praefcriptum, ſoluere poſſit.

Conſeſſaria ratione acceptantis.

§. XIII.

Quandoquidem uero et mandans mandatarius indemnem praefſtare tenetur: ita facile patet,

Conſeſſaria intuitu traſſantis.

patet, 5) acceptantem, tamquam mandatarium, soluta pecunia refusionem eius cum usuris a trassante recte exigere, et 6) ab ignotis* cambia acceptare non solere, nisi in antecessum sciat, quomodo sibi sine ambagibus fatis facturus sit trassans. Quo comparatae sunt litterae, quas mercatores *advisorias* appellare solent.

* Hinc 1) si ignoto iniungitur solutio, in cambiis uti solent formula: *laut Aviso*. 2) Sin socio cum socio res est, recepta est formula: *soll mir validiren*. 3) Si solutio iniungitur ei, quocum nobis rationes sunt, nota est formula: *der Herr stelle es à Conto*.

§. XIII.

Quumque in mandato personae industria et qualitas eligatur, ac proinde substitutio in negotiis extra iudicialibus regulariter non sit permissa: facile patet, 7) cur ne in cambio quidem is, cui solutio mandata est, alium, u. c. debitorem suum, pro se, invito praesentante, substituere possit. Esset enim haec delegatio futura, quae invito creditore fieri non potest, clausulaque substituendi cambiis quidem inseritur in fauorem praesentantis, non autem in fauorem acceptantis.

§. XV.

Tertius contractus inter remittentem et praesentantem intercedit, isque pro diuersitate circumstantiarum diuersissimus esse potest. Modo enim praesentans fit dominus cambii, uel-

*Substitutioni
hic non est
locus, et cur?*

*Tertius con-
tractus inter
remitten-
tem et prae-
sentantem.*

ueluti si restituta ualuta emerit: modo mandatarium tantum, si pecuniam remittentis nomine, eiusque mandato, exigit. Immo aliquando titulo donationis cambium a remittente habet.

§. XVI.

Hinc priore casu remittens litteras cambiales semel cessas reuocare non potest, quippe quarum dominium iam in cessionarium seu praesentantem est translatum: posteriore litteras istas recte reuocat, modo res adhuc sit integra. Id quod ex natura mandati manifesto fluit*. §. 9. *Inst. de mandat.*

Remittens litteras cambiales an? et quando, reuocare possit?

* Quamuis enim alias mandatum iudiciale reuocari non possit, nisi causa cognita, l. 16. l. 17. *D. mandat.* id tamen tantum cautum est propter dominium litis, quod apud Romanos post litis contestationem consequebatur mandatarium: hic uero in mandatarium nullum plane dominium transit.

§. XVII.

Inter eum, cui iniuncta est solutio, et praesentantem uel exactorem proprie non intercedit singularis contractus, quia praesentans remittentis, et acceptans trassantis mandatarium est, adeoque hi non suo, sed alieno nomine omnia agunt, ceu recte obseruatit Io Christoph. Franckius in *Instit. iur. cambial. lib. I. sect. 1. tit. 4. §. 22.* Simul ac uero hae personae limites mandati egrediuntur, et acceptans e. g. ante diem solutionem promittit, nouam

Inter praesentantem et acceptantem an, et quando, singularis contractus intercedat?

omni-

omnino ineunt conventionem, quae constituti uel delegationis indolem redolet, adeoque cessat tunc regressus aduersus trassantem. Conf. Raph. de Turri de camb. diss. II. quaest. 16. n. 57.

§. XVIII.

Quales sint istae conventiones, quae in cambio concurrunt?

Quae quum ita sint, uerissimum est, quod obseruauit Gottl. Gerhard. Titius in *Iur. priuat. lib. X. cap. 5. §. 4.* tria nimirum negotia uel tres conventiones in cambio concurrere, quarum prima tantum sit principalis, duae uero postremae minus principales et accessoriae: quia prima conuentio ad cambii perfectionem, reliquae ad consummationem eiusdem et executionem pertineant.

§. XVIII.

An et extra ordinem negotia concurrant, et cur?

Saepe tamen et alia negotia extra ordinem concurrunt. Nam 1) aliquando proxenetae de cambiis alieno nomine negotiantur, quo casu nouum mandatum intercedit. 2) Saepe cambium indoffatur, uel alteri ceditur: et tunc emptio uenditio, mandatum, in solutum datio, donatio, uel alius qualiscumque contractus initus esse potest. Denique 3) quoties quis acceptat cambium in honorem litterarum, toties intercedit negotiorum gestio.

§. XX.

Adsignatio quid?

Quin sunt quaedam conventiones cambialibus adfines, et quae ad eorum naturam quam

quam proxime accedunt, quum tamen sint diuersiffimae. Eo inprimis pertinet *adsignatio*, quae est actus, quo, qui soluere tenetur, alium, a quo solutionem suo nomine accipiat, demonstrat. Ea, quod ad formulam attinet, cambio saepe tam similis est, ut incautos facile fallat.

§. XXI.

Differt uero *adsignatio* a cambio, quia in *adsignatione* unus mandat duobus, alteri, ut soluat, alteri, ut accipiat, *l. 27. §. 2. D. de legat. 3.* in cambio uero plures contractus inter plures intercedunt. Deinde in cambio quatuor personae requiruntur, in *adsignatione* tres tantum. Denique in *adsignatione* non obtinet rigor cambialis, nec protestatio in casu non praestitae solutionis, nec *indossatio*.

* Vid. Io. Frid. Hoeckneri *Diss. de litterar. cambial. indossamento*, cap. 1. §. 7.

* Lipsiae tamen *indossatio adsignationum* fuit licita usque ad annum 1699. quo prodiit *das Marckt-Edict*, cuius §. 3. et 4. omnes *adsignationum indossationes* pro nullis declarantur.

§. XXII.

Tres uero istae personae, quae in *adsignatione* occurrunt, sunt 1) *adsignans*, qui alii per alium soluit, et hinc etiam a mercatoribus uocatur *der Ausgeber*; 2) *adsignatus*, qui alterius iussu, eiusue nomine, soluit, *der Zahler*; ac denique 3) *adsignatarius*, cui ab *adsignato* sol-

Quomodo
adsignatio a
cambio dif-
ferat?

Quot perso-
nae in *ad-*
signatione
concurrant?

solvendum est, *der Innhaber*. Vid. Sam. Stryckii *Diss. de iure adsignation. inter mercator.* §. 29. [recus. in *Vsu hod. Pandect. lib. XVIII. tit. 4.*]

§. XXIII.

In ea quid observandum, et quomodo a delegatione differat?

Schedula adsignationis adsignato tempestive repraesentanda, praestitaque solutione eius in manibus est relinquenda, quippe quae tunc apochae vice fungitur. *O. C. Lips.* §. 24. Si non solvit adsignatus, non ideo liberatur adsignans, sed adsignatario recursus ad adsignantem patet, secundum paroemiam iuris, *Anweisung ist keine Zahlung.** Vid. Stryck. *V. bodiern. Pandectar. lib. XVIII. tit. 4. §. 24. et 26.* Et hoc ipso adsignatio differt a delegatione, quippe qua delegantis obligatio plane extinguitur. §. 3. *Inst. quib. mod. toll. obligat.*

* Itaque adsignantis est, omnem adhibere diligentiam, quia alias culpam etiam leuem praestare tenetur adsignatarius. Vid. Io. Hieron. Stengeri *Diss. de adsignationib. mercator.* §. 36. Litterae adsignationis praesentandae sunt intra triduum, et simul ipso die in adsignatione definita urgenda est solutio. Vid. Stryck. *l. c.* §. 38. 39. Nec adsignato conceduntur induciae, (*die gewöhnlichen Respit-Tage*), praeterquam Wratislaviae. Vid. *O. C. Wratislau.* §. 37. Denique adsignatarius adsignantem certiore facere tenetur, sibi solutum sit, nec ne. Vid. Stryck. *c. l.* §. 47.

§. XXIII.

Plures differentiae inter adsignationem et cambium referuntur.

Sed et id interest inter adsignationem et cambium, quod illa pro lubitu reuocetur, cum cambium reuocari regulariter non possit. Vid.

Koe

Koenigk. *ad O. C. Lips.* §. 25. not. 1. Praeterea adsignatio arresto constringi potest, quod in cambiis non aequè indistinctè permittitur. Vid. Stryck. *l. c.* §. 38. Id uero singulare est, quod arresto non sit locus, nisi intra triduum, quia istud fatale tempus est, intra quod adsignationem praesentari oportet. Vid. Stryck. *l. c.*

§. XXV.

Sunt tamen leges quaedam et consuetudines topicae, quae et adsignationi paullo maiorem effectum tribuunt, et quaedam alibi non recepta circa illas requirunt. Sic Lipsiae, Brunsvici, et in nundinis Bulsanensibus * protestatio interponenda est, si adsignante absente non praestatur solutio. Vid. Franck. in *Instit. iur. camb. lib. I. sect. 3. tit. 9. §. 13.* Id uero tantum non ubique obtinet, quod data adsignatione solutio in minore moneta praestari soleat, nisi aliud diserte expressum sit. Vid. Koenigk. *ad O. C. Lips.* §. 22. not. 6.

Quibusdam locis singulare quid circa adsignationes obtinet.

* Id singulare est, Bulsani, quod distinguitur, utrum praesens sit adsignans, an uero absens. Priore enim casu sufficit, si coram ipse certior fiat, solutionem non esse sequutam: posteriore uero opus est sollemni protestatione per notarium et testes.

§. XXVI.

Sunt et fideiussiones quaedam cambiis quodam modo similes, et quae plerumque cambio, tamquam obligationi principali, accedunt. Heinecc. *Elem. iur. camb.* C

Cambiis fideiussiones nonnumquam accedunt, quod

fit duplici modo. Auallum quid?

dunt. Id uero fit dupliciter. Aut enim quis fideiubet separatim, tradito instrumento fideiussionis, et tunc iuri cambiali aduersus fideiussorem non est locus: aut in ipsis litteris cambialibus fideiussio latitat, et tunc fideiussor conuenitur processu cambiali. Vocari haec fideiussio solet *auallum*, idque fit sola subscriptione litterarum cambialium ab uno conscriptarum: tunc enim primus est debitor, reliqui pro fideiussoribus habentur. Vid. Iac. Sauary in *Negotiator. perfect. part. I. lib. III. §. 2.*

§. XXVII.

Quid interfit inter auallum et obligationem correalem?

Multum ergo interest inter auallum et obligationem correalem*, quae potissimum in cambiis propriis locum habet, quaque tenentur, qui se in solidum in cambio obligarunt: fideiussor enim, si debitor principalis soluendo est, tantum in subsidium; correat in solidum principaliter tenetur, siue alter correat soluendo sit, siue non sit, quamuis uno soluente alter liberetur.

* Tunc uero litterae cambiales concipiuntur in numero plurali, et adduntur uerba: *künftige Ostern 1739. bezahlen vvir beyde vor einen, und einer vor beyde, auf diesen unsern Sola Wechsel-Brief cet.*

§. XXVIII.

Differunt quoque modo exsequendi inter se.

Si singulari instrumento quis fideiussit, is tantum ex iure communi tenetur, adeoque ordinario tantum processui locus est. Sin in ipso

ipso cambio facta est fideiussio, is, qui auallo se obstrinxit, iure cambiali conueniri potest, quamuis dissentiat Berger. in *Elect. process. executiu. thes.* 52.

§. XXVIII.

Perinde uero est, siue quis pro trassante, siue pro remittente, siue pro indossante, siue pro acceptante denique fideiubeat. Omnibus enim obligationibus fideiussionem securitatis causa accedere posse, ex ipso iure communi satis notum est. Vid. §. 5. *Inst. de fideiuss.* Quoties pro indossante fit fideiussio, opus tantum est subscriptione fideiussoris, adeoque et tunc fit auallum*.

Auallum pro omnibus personis in cambio obuenientibus fieri potest.

* Formula haec est: *vor mich an Herrn Sempronius. Valuta von demselben. Leipzig den 5. Nov. 1738.*

Titius.

Iauolenus.

§. XXX.

Ceterum et id notatu dignissimum est, quod, quamuis iure communi unusquisque possit fideiubere, qui se et obligare, et res suas administrare potest, praeter feminam, aliosque speciali lege exceptos, pro cambio tamen fideiubere nequeat proxeneta, cuius fideiussio ipso iure nulla est, nisi quod in Gallia eius subscriptio ualet tamquam attestatum*. Vid. *Sauary in Negotiat. perfect. part. II. lib. III. cap. 7. pag. 262.*

Quinam hic possint fideiubere?

* Ratio est, quia proxenetæ protocollo plena fides est habenda, perinde ac notarii protocollo uel instrumento. Atqui hæc fides uacillaret omnino, si proxeneta simul esset fidei iussor, quia tunc testis quodammodo esset in propria causa.

§. XXXI.

Commen-
datitiae lit-
terae quid
sint?

Aliquando cambiis accedunt litterae commendatitiae, quae mercatoribus uocantur *eine Adresse*, uel *eine Notiz**, et nihil aliud sunt, quam litterae, quibus tertius paucioribus uerbis rogatur, ut, si forte is, cui iniuncta est solutio, acceptare cambium recuset, ipse praestet solutionem honorariam. Hae litterae separatae schedulae inscribi, et acu cambialibus litteris adnecti solent.

* Formula hæc est: *in unverbhoffter Entstehung der Acceptation (uel, Zahlung) ist sich bey Herrn Titius, Kaufmann in Amsterdam, zu melden.*

§. XXXII.

Quid circa
eas obser-
uandum?

Negante ergo acceptationem eo, cui illa iniuncta est, exactor uel praesentans, praeuia protestatione, litteras cambiales una cum commendatitiis offert tertio, cui commendatus est, eumque rogat, ut in honorem litterarum soluere uelit. Quum uero commendatio alterum numquam obstringat: consequens est, ut et commendatitiae hae litterae non obligent tertium ad solutionem praestandam. Quin ne declarare quidem uoluntatem suam tene-

tenetur ante diem solutionis. Vid. Phoon-
fen. in *Stil. camb. Amstelod. cap. 24. §. 4.* Deni-
que obseruandum, denegata solutione uel ac-
ceptatione protestationem fieri debere sumti-
bus trassantis, uid. *O. C. Hamburg. art. 28.*
idque etiam necessarium uideri doctores
plerisque, quamuis dissentiat Franckius in *Diss.*
de iure adimplementi litterar. cambial. honoris
*causs. §. 17. not. f. **

* Et hic quidem ideo negat, protestationem
hanc esse necessariam, quia litterae commenda-
ticiae non sint cambiales. Sed contrarium ta-
men uerius est. Cui enim praesentans com-
mendatur, is surrogatur acceptanti; sorroga-
tum autem sapit naturam eius, cui surroga-
tum. Praeterea protestatio fit eum in finem,
ut protestanti saluus sit regressus aduersus traf-
santem. Quis ergo negauerit, hanc rationem
et hic locum habere. Vid. Andr. Leserus in
Resolut. dubior. de camb. pag. 14.





CAPVT III.

DE

LITTERIS CAMBIALIBVS, EA-
RVMQVE CVRSV.

§. I.

Ratio ordi-
nis.

Quomodo ex campforum consuetudine concipiendae sint litterae cambiales, iam supra, sed non nisi obiter, monuimus. Nunc ea de re ex instituto agendum erit, simulque de cursu litterarum illarum quaedam haud proletaria erunt monenda.

§. II.

Litterarum
cambialium
partes quot
sint?

Litterarum cambialium partes sunt tres, I. lemma, II. litterae ipsae, et III. subscriptio. In lemmate continetur 1) uotum, 2) locus, ubi cambium scriptum, 3) dies, mensis, et annus, ac denique 4) summa pecuniae exactori soluendae. *Votum* in inuocatione Dei consistit; quae quam superflua sit, quae uel clerici uasritie in omnia fere instrumenta irrepserit*, ostendit Christ. Thomasius in *Not. ad Instit. prooem. pag. 2.* Vnde et hodie saepe omittitur.

Votum
quid?

* Ratio, cur mercatores et campfores hanc inuocationem diuini numinis necessariam putarent, non alia est, quam quod illam instrumentis notariorum praemitti iusserit Maximilianus I. imp. in *Ordin. notar. a. 1511.* Enimvero quum haec

haec constitutio tantum ad notarios pertineat: nemo inde collegerit, huius modi inuocationem in cambiis itidem esse necessariam.

§. III.

Magis necessaria est *mentio loci*, adeo, ut eius omissio cambium vitiet, saltim in ducatu Brunsvicensi. Vid. *O. C. Brunsvic. art. 1.* Quamuis enim alibi locum impune omitti posse, putet Zipfelius *de camb. pag. 118.* idque etiam iure communi recte se habere uideatur ob *l. 21. D. obligat. et act.* merito tamen dissentit Sam. Stryckius in *Diss. de cambial. litterar. acceptat. cap. 3. §. 3.* Quomodo enim scire posset litterarum cambialium possessor, quo cum protestatione remittendae sint litterae cambiales, si in illis loci nulla fiat mentio?

Mentio loci an necessaria, et cur?

§. IIII.

Sequitur *diei, mensis, et anni* mentio, quae necessaria omnino uidetur, 1) quia pleraeque leges cambiales tempus exprimi iubent, ueluti Prussicae, Brunsvicenses, et Austriacae, 2) quia saepe dies solutionis a die scriptarum litterarum computandus est, ab eoque currere incipit, e. gr. *vier Wochen à dato beliebe der Herr zu bezahlen*, 3) quia de praescriptione debiti cambialis iudicari non potest sine die et consule*. In aliis scripturis omissum diem et consulem regulariter non uitiare contractum, notum est ex *l. 5. C. de transact. Authent. quod*

Diei, mensis, et anni mentio in litteris cambialibus necessaria, et cur?

sine C. de testam. et l. 34. §. 1. D. de pignor. et hypothec.

* Accedit et haec ratio, quod saepe cambia plura et diuersa dentur eidem personae, super eadem summa, et tunc saepissime nasci solet quaestio, unumne hoc debitum cambiale sit, an plura? Id uero ad liquidum perducere non potest, nisi in omnibus dies et consul exprimantur.

§. V.

Summa soluenda an cifris exprimenda, addendumque monetae genus?

Denique sollemne etiam est campforibus, sub finem lemmatis cifris exprimere summam soluendam, addito monetae genere, quo exactori fit satis faciendum: quamuis hoc requisitum uel ideo essentiale dici nequeat*, quod summa in ipsis litteris cambialibus bis exprimi solet.

* Hoc requisitum non esse essentiale, uel inde patet, quod ipse acceptans hanc summam supplere potest, quum tamen debitor sine falsi crimine in ipsa obligatione nihil mutare possit. Adicitur ergo summa magis notitiae, quam necessitatis causa.

§. VI.

Mandatum soluendi quomodo exprimendum?

In ipsis litteris cambialibus primo omnium exprimendus est *dies solutionis*, et quidem in cambiis propriis specificè, e. gr. *12. Wochen à dato*, uel, *künftigen 12. Hornung*; in trassatis autem distinguendum, sintne feriarum, an platearum. In illis sufficit mentionem fieri nundinarum, quia tempus solutionis tunc satis certum est: in his uero dies statuendus est certus,

tus, uel 1) a datis, uel 2) a uisis litteris*, uel 3) secundum consuetudinem computandus.

* Aliquando contingit, ut cambia offerantur iusto tardius, i. e. termino solutionis iam praeterlapso. Tunc uero huius modi cambia aequi-
parantur cambiis a uista, et hinc acceptanda sunt intra triduum, solutio uero praestanda intra 24. horas a uisis litteris. Id si non fiat, interponenda est protestatio.

§. VII.

Sequitur mandatum soluendi, quod modo *Mandatum*
imperative exprimitur, (*der Herr zable auf diesen* *soluendi quo-*
meinen Wechsel-Brief), modo uerbis precatiuis, *mmodo expri-*
(der Herr heliebe zu bezahlen auf diesen meinen Wech-
sel-Brief). Res eodem redit, quamuis discrimen aliquod in his formulis reperisse sibi uideantur Vogtius *de camb. pag. 195.* et Stryck. *in Diss. de cambial. litterar. acceptat. cap. 4. §. 5.* Eo enim uiuimus saeculo, quo cultiores gentium mores loquutiones imperatiuas respuunt, adeo, ut et mandata uerbis precatiuis concipi soleant.

§. VIII.

Si cambium sit proprium, facile intelligitur, loco mandati de soluendo inferendam *Cambiis pro-*
esse *promissionem solutionis*, quae uerbis praesentis temporis exprimi solet, *zable ich auf diesen meinen sola Wechsel-Brief*, uel, *gelobe ich zu bezahlen*. Immo plerumque haec promissio bis fieri solet, semel hoc loco, ac iterum sub finem litterarum, uerbis, *leiste zu gesetzter Zeit*

richtige Zahlung nach Wechsel Stil, und nehme Gott zu Hülffe.

§. VIII.

Mentio litterarum cambialium est necessaria.

Proxima est mentio litterarum cambialium, (auf diesen meinen Wechsel-Brief), adeo quippe necessaria, ut plures leges cambiales perfectionem cambialem denegent ex schedula, in qua uocabulum cambii ne semel quidem occurrit: quamuis alii id superfluum, uel saltem implicitam cambii mentionem sufficere, existiment. Vid. Bergerus in *Elect. disceptat. forens. pag. 706.* et Franckius in *Inst. iur. camb. lib. 1. sect. 1. tit. 6. §. 7. sequ.*

§. X.

Earumque qualitas exprimenda.

Immo non modo litterarum cambialium mentio fieri debet, sed et earum exprimenda est qualitas, puta, quod sint solae, uel primae, secundae, tertiae, cet. Ea bis exprimitur, semel in litterarum corpore, ac iterum post subscriptionem. Vbi tamen obseruandum, litteras primas et solas pure concipi solere, reliquas uero sub conditione, si prioribus solutione nondum fuerit satis factum, *der Herr beliebe zu bezahlen auf diesen meinen secunda Wechsel-Brief, prima unbezahlt.* Attamen et hic mentio qualitatis cambii post subscriptionem superflua est, et ideo tantum subiicitur, ut qualitas litterarum statim in oculos incurrat.

Ergo

Ergo et ipse acceptans procul dubio hoc modo subscribere potest.

§. XI.

Nec praetermittendum *exactoris praenomen* Exactoris nomen quoque et praenomen necessario in ipsis litteris cambialibus exprimendum. et *nomen*, uel ideo quippe necessarium, quod nemo ex litteris agere potest, cuius in illis nulla fit mentio. Quod adeo uerum est, ut ne sufficiat quidem sola litterarum possessio, etiam si inserta sit clausula, *an getreuen Briefes-Innhaber*. Saepe tamen exactoris nomini subiici solent uerba, *oder dessen Ordre*, uel, *oder dessen Commis*, quibus significatur, cambium ab indossatario praesentatum eiusdem effectus futurum, ac si ipse exactor illud obtulisset.

§. XII.

Hinc porro exprimenda est *summa soluenda*, quam leges quaedam cambiales, ueluti Danica [*lib. V. cap. 14. art. 8.*] et Brunswicensis [*art. 1.*] bis scribi iubent, semel litteris, et iterum cifris. Quamuis uero alibi alterutrum sufficiat: procul dubio tamen consuetudo prior laudatu dignior est, quia quod integris litteris scriptum, difficilius corrumpitur, quam quod solis cifris expressum est. Denique et *monetae genus* exprimendum, quod nisi factum sit, *monetae uulgares* intelliguntur, quas uocant *Current*. In cambiis propriis usurae forti adnumerantur, ut aequae, ac ipsa fors, processu cambiali peti possint.

§. XIII.

§. XIII.

Num quoque
ualutae
mentio fa-
cienda, et
quomodo?

Tum sequitur *professio campforis*, sibi iam esse satis factum, id quod stilo collybistarum uocatur *ualuta*. Plerumque simul exprimitur nomen eius, a quo satis factum sit, e. gr. *Valuta von Herrn Titius*: immo saepe, si pro suo computo et in rem suam pecuniam quis solvere iubeat, formula ita concipitur, *Valuta von mir selbst*. Praecipue autem id obseruandum est, talia esse uerba adhibenda, ex quibus acceptio ualutae colligi possit, e. gr. *Valuta wohl empfangen*, uel, *des Werths bin wohl vergnügt*, quia alias non posset inde demonstrari, uere numeratam esse pecuniam*. Denique notandum, nonnumquam modum etiam, quo fuerit satis factum, exprimi solere, e. gr. *Valuta baar empfangen*, uel, *an Wechsel-Briefen*, item, *Valuta in Rechnungen wohl empfangen*, cet.

* Si uero pecunia nondum sit numerata et traffans fidem habuerit remittenti, formula recepta est, *Valuta vwohl verstanden*, de qua uidendus Sam. Stryckius in *Diss. de cambial. litterar. acceptat. cap. 3. §. 10.*

§. XIV.

Num ualu-
tae mentio
omissa cam-
bium uitiet?

Sitne ualutae mentio adeo necessaria, ut eius omissio cambium uitiet, ex legibus singulorum locorum cambialibus iudicandum est. Eam omnino exigunt leges cambiales Prussica, Danica, Gallica, Brunswicensis: contra ea in

Lipsi-

Lipsiensi §. 3. legimus: und sollen dieselben (Wechsel-Briefe), es mag der empfangenen Valuta, wie zwar an ihm selbst billig wäre, darinnen gedacht seyn, oder nicht, einen Weeg, wie den andern, kräftig und gültig seyn. De eo tamen inter omnes constat, semel acceptato cambio solutionem exigi posse, si uel maxime nulla facta fuerit ualutae mentio. Vid. O. C. Brandenburg. §. I.

§. XV.

In cambiis propriis, ut iam §. 8. monuimus, plerumque subiicitur repetita promissio solutionis cum inuocatione nominis diuini: in trassatis contra acceptanti indicari solet, cuius computo soluendum sit, ipsiusne trassantis, an tertii cuiusdam. Hinc sollemnes formulae, *der Herr stelle es à Conto*, uel, *der Herr stelle es à Conto Herrn Sempronii*, uel, *soll mir validiren*, cet.

§. XVI.

Quumque non semper constet acceptanti, quomodo sibi a trassante sit satis faciendum: hinc adiici plerumque solent uerba, *laut Aduiso*. *Aduiso* autem, quod et *spacchium* uocant campfores Itali, sunt litterae *, quibus certior fit acceptans, cambium esse ad se trassatum, et quomodo ipsi sit satis faciendum. Aliquando tamen non expectandas esse litteras aduisorias, acceptanti denunciatur, et ple-

In cambiis propriis repetitur promissio solutionis: in trassatis indicatur, cuius computo soluendum?

Aduisoriae litterae definiuntur. Quid circa eas obseruandum?

plerumque colophonis loco additur ualedictio.

* Solent uero haec spacchia uel litterae aduiforiae ita concipi:

Adio Berlin den 12. December 1738

Hochgeehrter Herr!

Per Advis dienet hiemit, dass auf Denselben heute dato einen sola (prima und secunda, uel, prima, secunda, und tertia) Wechsel-Brief überschrieben von Reichs-Thalern 500. sage fünf hundert, an Herrn Iacob Müllern 14. Tage nach Sicht in Brandenburgischen Zueydrittel Stücken zu bezahlen. Bitte meinen Brief mit promter Zahlung zu honoriren, und es auf mein Conto zu stellen, vvoran, mir eine grosse Affection geschiehet. Honorire hinwiederum des Herrn Briefe mit bereitester Acceptation, und verharre

des Herrn

dienstwilligster

Samuel Freytag.

§. XVII.

Trassans quomodo subscribat?

Ad subscriptionem quod attinet, a dextra solum praenomen et nomen trassantis, uel tabernae, immo et aliquando fideiussoris poni solet, additurque nonnumquam epitheton, des Herrn bereitwilliger, dienstwilliger. Aliquando et ipsum soluendi mandatum repetitur, si forte trassans litteras sua manu non scripserit.

§. XVIII.

Sigillum an requiratur, et an subscriptionis loco esse possit?

Sigilli plane nullus est usus in hisce litteris, et hinc si addatur, quod aliquando fieri uidemus in cambiis propriis, id merito pro superfluo habetur. Quaeri uero solet, an sigillum

gillum subscriptionis defectum suppleat? Adfirmat Remer. *de uer. obligat. ualor. sect. II. cap. 13. §. 45.* Negat contra Sprengerus in *Pract. cambial. §. 3. pag. 48.* Et id quidem omnino uerissimum est, 1) quia periculosa est contraria sententia, ob falsa, quae ita facile possent committi, 2) quia ita non facile fieri posset cambialium litterarum recognitio. Idem dicendum uidetur de casu, si loco nominis subscripti crucis signum subiiciatur. Vid. Ludouic. *Introduc. in process. cambial. cap. 2. §. 9.*

§. XVIII.

Ad sinistram subiicitur nomen acceptantis, praemisso uerbo honoris, et subinde uocabulo *fautoris* *. Repeti etiam solet qualitas litterarum cambialium, ut statim adpareat, solae istae sint, an plures existent eiusdem generis.

Quaenam porro obseruanda?

* Formula haec esse solet:

An
Herrn Paul Hermann,
Gönnern
in
Sola. Berlin.

§. XX.

An charta signata opus sit, ex legibus singulorum locorum cambialibus diiudicandum est. In Saxonia distinguunt inter cambia, quae in prouincia manent, et extra prouinciam trassata: in illis enim eius modi charta requiritur,

Charta signata num sit opus?

ritur, in his non item. In prouinciis Prussicis idem hodie obtinet *.

* Verba O. C. Brandenburg. art. 2. ita se habent: die Wechsel-Briefe, so aufferhalb Landes ertheilet, oder aus unsern Landen an andere Oerter geben, lassen wir von dem gestempelten Papier befreuet und ausgenommen: dieienigen Wechsel-Briefe aber, so im Lande ausgestellet, und darinn verbleiben, sie seyen trassirte, oder auf sich selbst ausgegebene, sollen ohne Unterscheid der Summen auf gestempeltes Papier, den Bogen zu 3. Groschen, bey Strafe, dass auf ungestempelte Briefe zur Zahlung nicht verholffen werden soll, geschrieben werden.

§. XXI.

Quandonam et ubi ex cautione alteri data persecutio cambialis detur.

Tales esse oportet litteras, ex quibus actio cambialis potest institui: Lipsiae tamen, Brunsvici, et Dantisci mos inualuit, ut et ex cautione * a mercatore mercatori data super mercibus creditis cambialis persecutio detur, modo summa debita, et certus solutionis dies, in illa exprimantur. Vid. Koenigk. Adpend. ad. O. C. Lips. [pag. 69. sequ. edit. nou. apud Siegel. tom. I. Corp. iur. camb.]

* Talis cautio ita concipi solet:

*Ich Endes unterschriebener bekenne hiermit, für erkauffte und tüchtig empfangene Waaren schuldig zu seyn die Summa von Thalern zuvey hundert an Herrn - - Die gelobe ich ihme, oder getreuen Briefes - Inhabern auf - - danckbarlich zu bezahlen.
Leipzig. den - -*

David Meuius.

§. XXII.

An ex chirographo, cui inserta clausula,

Quid si debitor creditori dederit chirographum, eique inseruerit clausulam, ich verspreche

spreche hiermit, die mir vorgeschossene - - - nach Wechsel - Recht zu bezahlen; uel, in Entstehung prompter Bezahlung gebe ich dem Herrn Gläubiger freye Macht und Gewalt, dieser Post halber nach Wechsel - Recht wieder mich zu verfahren, an inde datur persequutio cambialis? Adfirmat Stryckius in *Dissert. de cambial. litterar. acceptat. cap. 3. §. 2.* Sed id leges cambiales Prussicae, aliorumque locorum, non admittunt. Equidem in Saxonia huius modi clausula debitorem obligat ad carcerem, ceu ostenderunt Mencken. *Tract. synopt. process. diff. I. §. 58.* Riuinus in *Specim. except. forens. cap. 8. num. 3. et 9.* Gribner. in *Princip. process. iudiciar. lib. II. cap. 5. §. 8.* Ludouic. in *Introduct. in process. camb. cap. 2. §. 10.* Sed in his prouinciis res decisa est O. C. Brandenb. art. 51.* et Edicto d. d. 16. Febr. 1720. quod *Ord. hypoth. et concurs. adiectum* reperitur sub litt. D.

nach Wechsel-Recht, detur persequutio cambialis?

* Ibi potentissimus legislator: dahingegen soll, gemäß unserer Ordnung vom 16. Febr. 1720. wenn die Clausel, nach Wechsel-Recht zu verfahren, in Obligationes eingerücket, selbige die Natur eines Chirographi nicht ändern, noch ein mehreres; als andere Pacta exsequutiua, so paratam Exsequutionem haben, effectuiren.

§. XXIII.

Haec de litteris cambialibus: proximum est, ut de *curso* earum agamus paullo accuratius, id est, ut, quomodo hae litterae sint dandae, indoffandae, praesentandae, acceptandae, *Transitio ad cursum litterarum. Remittentis officium.*

Heinecc. *Elem. iur. camb.*

D

dae,

dae, soluendae, uel cum protestatione remittendae, quidque omnibus hisce casibus sit obseruandum, distincte ostendamus. Primo itaque remittens aut paratam trassanti numerare pecuniam, aut dato interim cambio, quod *interimisticum* * uocant, uel cautione seu chirographo, satis facere eidem tenetur. Nisi enim id fecerit, trassans, qui litteras cambiales sub spe solutionis dedit, persequutione cambiali aduersus illum potest uti. Vid. O. C. Lips. §. 26.

* Cambium interimisticum ita concipi solet:

*Adio Leipzig den - - - Rthlr. current.
Auf kommenden - - - dieses Jahres gelobe ich zu bezahlen auf diesen meinen Sola Wechsel Brief an Herrn - - oder Ordre, die Summe von Reichs-Thalern - - - sage - - - current. Valuta von demselben an einem Wechsel Briefe nach - von obigem dato an Herrn - - - Verspreche, wann solcher Wechsel-Brief gebührend honoriret worden, zu gesetzter Zeit gute Zahlung, und nehme Gott zu Hülffe.*

Ferdinand Hempel.

Cautio uero talis esse solet:

Demnach ich Endes unterschriebener von Herrn David Meuius einen Wechsel-Brief an Herrn Caius nach - von - - Rthlrn. sage - - Rthlrn. current, unter dem heutigen dato empfangen, und vvir uns mit einander dahin verstanden, dass ich die Zahlung dafür ebe nicht leisten solle, bis Nachricht eingelauffen, dass besagter Wechsel-Brief gebührend honoriret worden; als verspreche ich kraft dieses, dass, sobald die Nachricht von erfolgter Acceptation zurücker gekommen, ich sodenn die Summe obgedachten Wechsel-Briefes von - - Rthlrn. current an Herrn Meuius wieder vergnügen vvolle. Leipzig den - - -

Siegmund Gatterer.

§. XXIII.

§. XXIII.

Numerata pecunia, uel satis factione quali- Traffantis.
cumque trassanti praestita, hic scribit ipsas litte- Ab eo ac-
ras cambiales, siue solas, siue plures, easque tradit ceptas litte-
remittenti, eodemque tempore litteras adui- ras remittens
forias ad acceptantem transmittit. Porro re- ad praesen-
mittens litteras cambiales, siue solas, siue pri- tantem mit-
mas, sine cunctatione ad praesentantem mit- tit.
tit: nam si ea in re in mora est, omne dam-
num inde emergens ferre cogitur. Vid. O.
C. Lips. §. 28. Id uero intelligendum tantum
est de cambiis platearum, quia cambia feria-
rum non nisi ineuntibus nundinis (*wenn die Ein-
läutung der Messe geschehen*) praesentari, iam
supra monuimus. Si certum tempus solutio-
nis a datis litteris computandum exprimitur,
sufficit, si paullo ante diem solutionis cam-
bium praesentetur. Vid. Ludouic. *Introduçt.*
in process. camb. cap. 4. §. II. sequ.

§. XXV.

Quid si institor cambium trassarit ad do- Quid si insti-
minum, hic uero bonis labatur? Tunc distin- tor cambium
guitur, dominine fidem sequutus sit remittens, trassarit ad
an institoris. Hoc enim casu aduersus instito- dominum,
rem regressum habet, aliquando etiam finito hic uero bo-
officio: illo casu ipse damnum sentire tenetur. nis labatur?
Quum uero parum plerumque constet, utrius
fidem sequutus sit remittens: eius iureiuran-
do rem ad liquidum perducendam esse, cen-

set Stryckius in *Cautel. contract. sect. III. cap. 5. §. 19.*

§. XXVI.

Exactoris
uel praesen-
tantis offi-
cium.

Exactor uel praesentans litteras cambiales ad se missas mature praesentat trassato, rogatque, ut istas uelit honorare. Id si hic facere detrectet, protestatione opus est, de qua paullo post dicemus. Sin trassatus promittit, se soluturum, acceptatio formula hac litteris subiecta fieri solet: *ich acceptire und verspreche contente Bezahlung. Berlin den - - - Benjamin Semler.* Aliquando institor pro domino acceptat tamquam mandatarius, idque fieri solet his similibusque uerbis, *im Namen seines Patrons N. N. und in dessen Vollmacht verspricht contente Bezahlung N. N. Berlin den - - -* Ceterum plerisque hodie locis prohibitae sunt acceptationes, quae fiunt per signa, e. gr. *accept.* uel formulis, *ich habe es gesehen; ich acceptire, um in der Zeit zu antworten.* Vid. Sauary in *Negotiat. perfect. part. I. cap. 21.* et Stryckius in *Diss. de cambial. litterar. acceptat. cap. 3. §. 20. sequ.*

§. XXVII.

Acceptatio
fit uel pure,
uel sub con-
ditione.
Circa
utramque
quid iustum?

Probe etiam attendendum est, utrum acceptatio fiat pure, an uero addita clausula uel conditione. Posteriore enim casu interponenda est protestatio, et tunc conditio ista pro non adiecta habetur *. Vid. O. C. Lips. §. 8. Immo

mo si praesentans damnum aliquod inde sentiat, regressus illi patet aduersus traſſantem.

* Non ergo eo sensu pro non adiecta habetur conditio, quod praesentantem non obliget, sed quod omni destituatur effectu, si praesentans non consenserit. Quod autem non consenserit, id inde iudicatur, quod statim interposuerit protestationem, sine qua regressum suum omnino amittit.

§. XXVIII.

Quaeritur, an acceptatio etiam tacite fieri possit, quin et facta esse praesumatur? Hoc merito adfirmandum eo casu, si quis litteras cambiales sibi ad acceptandum oblatas quamdiu penes se retineat, nec quidquam aduersus illas moneat. Qui enim hoc modo tacet, is consentire in acceptationem uidetur. Vid. Marquard. *de iure mercator. lib. III. cap. 9. num. 60.* et Stryck. in *Diss. de cambial. litterar. acceptat. cap. 3. §. 21.*

Acceptatio an etiam fieri possit tacite, et an facta esse praesumatur?

§. XXVIII.

Nec permissum est traſſato, loco totius summae partis solutionem in se recipere, nec praesentans in eo promisso adquiescere debet, sed statim interponere protestationem, quamuis summam oblatam omnino accipere possit. Si tamen particularem solutionem promissam ratam habeat praesentans, et in ea promissione adquiescat, nec protestationem interponat; ualida omnino habetur illa particularis acceptatio*. Qua in re inter leges cambiales tantum

Particularis solutio acceptari an possit?

non omnes conuenire, obseruauit Ludouic. in *Introduct. in process. cambial cap. 4. §. 38.*

* Totam rem egregie ob oculos posuit O. C. *Dantiscan. art. 23.* ubi haec legimus: wenn ein Acceptant zur Verfall-Zeit nur einen Theil der im Wechsel-Briefe enthaltenen Summe zahlen würde, so stehet dem Inhaber zuvar frey, die offerirte Summe anzunehmen; er ist aber des Rückstandes haben gebührend mit der Protestation zu verfahren schuldig, und bleibet desselben wegen, an dem Zieher und Indossirer sich zu erholen, berechtigt.

§. XXX.

Cur protestatio in hac negotiatione tam frequens?

Ceterum quum hic uariae personae contrahant; earumque quam maxime interfit, ut quaelibet aduersus auctorem suum regressum habeat: non mirum est, tam frequentem in hac negotiatione collybistica esse protestationem, ad id comparatam, ut conseruet ius protestantis. *l. 8. §. 6. D. de nou. oper nuntiat.*

§. XXXI.

In cambiis feriarum ob denegatam acceptationem protestatio quandonam fieri debeat?

Si cambia feriarum praesentantur, tunc trassatus aut pure declarat, se litteras non acceptaturum, aut ob defectum aliquem, e. gr. ob nondum acceptas litteras aduisorias, acceptationem denegat. Priore casu statim interponenda est protestatio, domumque remittenda, nec opus est, ut expectetur dies solutionis. Vid. *O. C. Lips. §. 14.* Posteriore casu itidem interponitur protestatio, nec tamen ea domum remittitur, nisi finita prima hebdomade nundinarum. Si ergo interea

traf-

trassatus sese ad acceptationem adhuc offert, protestatio plane reiicienda est*.

* De quo posteriore casu cautum legimus in O. C. Lips. §. 5. Trüge es sich nun zu, dass der, welchem der Wechsel-Brief präsentiret wird, entweder wegen noch ermangelnden Adviso, oder aus andern Ursachen, zu acceptiren Bedencken trüge, so mag zuvar der Präsentant, wegen nicht geschebener Acceptation, alsofort protestiren lassen. Würde aber doch der, welchem der Wechsel-Brief präsentiret worden, noch während der ersten Marckt-Woche, und zuvar zum längsten in derselben im Oster- und Michaëlis-Marckte des Freytags vor 10. Uhr vor Mittage, im Neu-Jahrs-Marckte aber des Tages vor Ausläutung des Marckts, (es fiele denn dieser Tag auf einen Sonntag ein, auf welchen Fall die Acceptation des Tages vorher geschehen, oder protestiret werden muss,) nochmals acceptiren wollen: mag er solches thun, soll sich auch auf diesen Fall durch die erste Weigerung nicht präiudiciret haben, sondern der Präsentant die Acceptation anzunehmen, auch den Protest zurück zu halten, schuldig seyn. Da es sich aber mit der Acceptation über bemeldte Zeit verzöge, soll der Protest mit nächst abgehender Post zuvar fortgeschickt, der Wechsel-Brief aber, wo nicht die Zahlung schlechterdings, und ohne Bedingung, abgeschlagen worden, dennoch bis zur ordentlichen Verfall-Zeit hier behalten werden, damit, wenn der Acceptant alsdenn noch zahlen wollte, er solchergestalt denselben einlösen könnte. Conf. quoque O. C. Brunswic. art. 34.

§. XXXII.

Quid si mercator, detrectans initio acceptationem, ueniente tamen die nihilo minus solutionem offerat? Tunc exactor illam recipere non tenetur, nisi trassatus simul restituat impensas in protestationem factas. Vid. O. C. Lips. §. 5. Brunswic. art. 36.

Quid si mercator ueniente die solutionem offerat?

§. XXXIII.

Extra nundinas protestationes quoque interponendae, et quando?

Extra nundinas quoque in protestationibus interponendis, domumque remittendis, summum in mora periculum est. Praesentatae enim litterae cambiales plerisque locis sex saltem horis ante cursum publicum acceptandae, uel, si id non fiat, protestatio interponenda, eaque cum litteris illico domum transfantis uel indoffantis remittenda est. *

* In O. C. Brandenburg. art. 23. hanc dispositionem legimus: *würde aber von andern Orten ein Wechsel-Brief zur Acceptation übersandt, so muss der Inhaber solches Wechsel-Briefes denselben untrüglich präsentiren, und die Acceptation procuriren, der Acceptant aber seine Resolution sofort geben, damit noch Zeit zum Protest übrig seyn möge.*

§. XXXIII.

Effectus protestationis quis?

Quum ergo, uti paullo ante diximus, rite interpositae protestationis is effectus sit, ut ius protestantis conseruet: consequens est, ut, ea facta, praesentans aduersus eum, a quo cambium habet, regressum habeat ratione sortis, usurarum, damnorum, et impensarum*; ea uero neglecta, uel plane omissa, regressus iste omnino cessat. Id quod tamen ad alias personas, quam contrahentes, porrigi non potest, si in litterarum commercio paullo fuerint negligentiores. Vid. Koenigk. *ad O. C. Lips. §. 13. not. 12. ad uerb. zu protestiren.*

* Quod mercatores ita eloqui solent, *vvegen nicht erfolgter Bezahlung, und alles hieaus entstehenden*

benden Schadens und Unkosten, Interesse, Wechsel, und Wieder-Wechsel indemnifiret zu werden.

§. XXXV.

Quae de cambiali protestatione haftenus dicta sunt, ea intelligenda tantummodo de casu, si cambia feriarum uel platearum in emporium aliquod, ubi negotiatio collybistica feruet, transmittantur. Si enim diriguntur ad alium locum, *der kein Handels- oder Wechsel-Platz ist*, regressus etiam non interposita protestatione saluus est. Vid. Koenigk. ad O. C. Lips. §. 7. not. 4. ad uerb. zu protestiren.

Haftenus dicta intelligenda tantummodo de emporiis.

§. XXXVI.

Fiunt protestationes non quidem ad acta, (quamuis si talis interponatur, illa procul dubio itidem rata esset, censente Zipfel. *de camb. sect. VI. pag. 185.*), sed adhibitis notario et duobus testibus, quibus praesentibus exactor litteras cambiales trassato iterum ad acceptandum offert. Quo facto, negataque acceptance, notarius declarat, *er wolle hiermit wider Trassirern des Wechsels, sowohl wegen nicht erfolgter Bezahlung, als auch wegen alles hieraus entstehenden Schadens, Unkosten, Interesse, Wechsels und Wieder-Wechsels sollenniter protestiret haben.* Vid. Stryck. in Cautel. contract. sect. III. cap. 5. §. 17. Super quo actu notarius deinde conficit instrumentum sollemne, idque a se et testibus subscriptum tradit praesentanti domum trassantis remittendum.

Protestationes quomodo fiant?

§. XXXVII.

*Protestatio
an diebus fe-
riatis recte
interpona-
tur, et cur?*

Protestatio haec, quia non est actus contentiosae iuris dictionis, et res ita comparata est, ut moram non ferat, diebus etiam feriatis recte interponitur, nisi leges cambiales id diserte prohibeant*. Prohibent autem O. C. Brunsvic. art. 41. Norimberg. cap. 2. §. 1. Colon. art. 1. Dantisc. art. 18. Brandenburg. art. 24. In O. C. Augustan. cap. 1. §. 15. Tantum solis dies excipitur, non autem reliqua festa, si id exigat necessitas.

* Vbi ergo contra leges diebus feriatis imposita est protestatio, illa procul dubio pro nulla habenda erit. l. 5. C. de legib. constit. princip. et edict. Nec obstat, actus, qui moram non ferunt, etiam diebus feriatis explicari posse. l. 3. C. de fer. Iuri enim communi derogari posse per leges statutarias, inter omnes constat.

§. XXXVIII.

*Effectus ac-
ceptionis
factae?*

Vidimus haecenus, protestationem hanc fieri tantum debere denegata acceptatione: ea vero facta acceptans abscisse tenetur ad praestandam solutionem*. Quod adeo verum est, ut acceptans recedere, voluntatemque mutare nequeat, si uel maxime transfans interim foro cesserit, Stryck. *Diss. de cambial. litterar. acceptat. cap. 4. §. 1.* uel si in acceptatione errauerit. Vid. Koenigk. *ad O. C. Lips. §. 13. not. II. ad uerb. zu thun schuldig.*

* Hinc inter mercatores paroemia iuris obtinet, *vver acceptiret, bezahlt.* Vid. O. C. *Wra-
tislau.*

tislau. §. 2. Ceterum, quod hic de errore monuimus, singulare est, quia alias secundum §. 23. *Inst. de inutil. stipulat.* huius modi error promissum inutile reddit. Sed casum hunc ita esse decisum, probat *Koenigk. ad O. C. Lips. l. c.*

§. XXXVIII.

Neque tamen ideo prius liberatur *trassans*, quam ab acceptante solutio fuerit praestita: et hinc, si interea foro cedat acceptans, regressus aduersus *trassantem* datur. Vid. *Stryck. ibid. cap. 4. §. 27.* Sin alias ob causas non soluat acceptans, in praesentantis arbitrio positum est, *trassantem* an acceptantem conuenire malit. Quin alterutro conuento nihil impedit, quo minus consilium mutare, et aduersus alterum actione experiri possit*. Vid. *O. C. Lips. §. 20.*

* Hinc facile decidi potest quaestio, an acceptatio sit species nouationis, quod omnino negatur, quia per nouationem obligatio prioris debitoris tollitur, id uero in cambiis plane non solet fieri; quin non daretur alternatio in instituenda actione, si *trassantis* debitum nouatione esset sublatum.

§. XXXX.

Vt uero saluus sit praesentanti ille regressus, necesse est, ut rite et stato tempore interponatur protestatio: id quod in cambiis feriarum fieri debet ipso solutionis die usque ad uesperam uel solis occasum computando, nisi hora specialis legibus sit definita*. Extra
nun-

Trassans ante praestitam ab acceptante solutionem baud liberatur.

Protestatio rite et stato tempore interponenda.

nundinas protestatio interponenda circumactis diebus induciarum, (*nach Ablauf der Respittage*), sicubi tales concedantur.

* In cambiis feriarum protestandum est die solutionis usque ad uesperam, qui in plerisque nundinis est dies Iouis hebdomadis posterioris: et Lipsiae quidem protestatio admittitur usque ad horam decimam uespertinam, *O. C. Lips. §. 14.* Brunsvici usque ad horam nonam uespertinam. Elapsa hora dicere solent mercatores, *die Zeit stehe nicht mehr offen.*

§. XXXI.

Si in diem feriatum incidit solutionis dies, nec acceptans inuitus soluere tenetur, nec praesentans solutionem urgere, uel protestationem interponere potest*, sed expectandus est dies sequens.

Quid si in diem feriatum incidat dies solutionis?

* Haec iuris cambialis dispositio de solutione diebus feriatis non urgenda in ipso iure communi reperit praesidium, quippe quod omnia officia artium, negotiationes, et operas interquiescere iubet. *l. 3. l. ult. C. de feriis.*

§. XXXII.

Illud quoque notatu dignissimum est, quod, quum Christiani non, nisi domi suae, soluere teneantur, Iudaei solutionem in praesentantis aedibus, uel eius hospitio, praestare debeant, modo praesentans et ipse Christianae religioni addictus sit. Si id Iudaeus non facit ultro, Christianus protestationem interponere potest, si uel maxime nulla praecesserit interpellatio.

Singulare quid circa solutionem a Iudaeo praestandam.

* Est

* Est haec uetus admodum consuetudo cambialis, quam et pleraeque leges cambiales probant, ueluti *Lips. §. 12. Brunswic. art. 39. Francofurt. art. 37. Brandenburg. art. 48.* Quia tamen Iudaeus aduersus Iudaeum non potest uti priuilegio Christianis concesso: facile patet, Iudaeum a Iudaeo exigere non posse, ut sibi pecunia domum adferatur, sed illam potius domi acceptantis petere debere.

§. XXXIII.

Si acceptans est Christianus, pecuniam iusto tempore a se non exactam, nulla licet praeuia praesentantis citatione uel protestatione, in iudicio deponere potest*. Quin Lipsiae sufficit, si illam a iudice obsignari petat, quamuis eam non deponat, sed obsignatam domum secum reportet. Vid. *O. C. Lips. §. 16.*

Quid si acceptans sit Christianus?

* Hac in re discedunt leges cambiales a iure communi, quippe quod exigit, ut ante depositionem pecunia creditori offeratur, eaque non accepta impetretur citatio ad uidendum deponi pecuniam, quorum neutrum hic exigitur, quia in negotiatione collybistica ipse dies pro homine interpellat.

§. XXXIII.

Quum uero iam saepe monuerimus, non praestita solutione, nec protestatione interposita, praesentantem regressum habere aduersus actorem suum: sciendum est, hunc eo nomine conueniri posse ad omne damnum refarciendum, quod in libellis cambialibus ita exprimi solet: *bitte also in Rechten zu erkennen und*

Praesentans quid ab actore suo petere possit?

aus-

auszusprechen, dass Beklagter mich wegen Wechsels, Wieder-Wechsels, Senserie, (Courtage), Provision, und allen Unkosten zu befriedigen schuldig. Vid. Ludouic. *Introduc. in process. cambial. cap. 6. §. 8.* Quare haec uocabula technica ordine erunt explicanda.

§. XXXV.

Per cambium et recambium quid intelligatur?

Per *cambium* intelligitur ipsa summa, quae soluenda erat, nec tamen soluta est. *Recambium* (*Ricambio*), quod uocant *den Wieder-Rück-Gegen-Wechsel*, in eo consistit, quod praesentans non acceptatis litteris cambialibus a tertio mutuum sumit pecuniam, et pro ea litteras cambiales trassat ad trassantem. Quum uero id sine impendiis fieri nequeat: damnum illud omne repetitur sub nomine *recambii**. Vid. Koenigk. *ad O. C. Lips. §. 30. not. 1. ad uerb. des Wieder-Wechsels.*

* Quum uero saepe totum istud *recambium* tantum in simulato contractu consistat: non sine ratione cautum est ordinationibus plerisque cambialibus, ut nemo possit *recambii* nomine agere, nisi, ualutam esse solutam, possit demonstrare.

§. XXXVI.

Senserie uel Courtage, Sensal uel Courtier mercatoribus quid?

Synonyma sunt uocabula *Senserie* et *Courtage*. *Sensal** uel *Courtier* mercatoribus idem est, ac proxeneta, (*ein Mäckler*), adeoque *Senserie* uel *Courtage* idem est, ac proxenetium. Aequissimum uero est, id restitui a trassante, quia impensa haec frustra est facta. Vid.

Vid. Io. Gustau. Silberradii *Diss. de sensalibus*,
uulgo *Mäcklern*, habita *Altdorff*. 1711.

* *Sensal* uero est contractum ex *Seneschall*,
quod significat *einen Haus-Hof-Meister*, quae
etiam est notio alterius uocabuli *Courtier*. Solent
enim mercatorum societates in emporiis exte-
ris habere aedes, quas uocant *Contoirs*, iisque
certos praeficere homines, qui Hamburgi
etiamnum uocantur *Court-Meistere*. Hi uero
quum simul proxeneticam operam praestarent
mercatoribus: factum est, ut et proxenetae
dicerentur *Sensal* uel *Courtier*.

XXXVII.

Denique per *prouisionem* intelligitur hono-
rarium, quod trassans acceptanti debet pro
solutione uel honoratis litteris cambialibus.
Quod quamuis non ubique idem sit, plerisque
tamen locis triens thaleri (i. e. 8. grossi) solui-
tur pro centum thaleris. Hanc *prouisionem*
tum demum petit praesentans, cui nondum
est solutum, si recambium trassare fuerit
coactus, eoque nomine dare *prouisionem*,
quae sane impensae itidem frustra sunt factae.

Per *proui-
sionem* quid
intelliga-
tur?

§. XXXVIII.

Postremo *impensarum* nomine ueniunt,
quaecumque pro interposita protestatione, pro
litteris transferendis, nec non ob actionem in
foro institutam continuatamque, soluta sunt,
quae a mercatoribus uocantur *Notarien-Gebühr*,
Brief-Porto, und *Gerichts-Kosten*. Ex quibus pa-
tet, duram satis esse trassantis conditionem,
cuius litterae cambiales interposita prote-
statione reuertuntur.

*Impensa-
rum nomine*
quid ueniat?

CA.



CAPUT V.

DE

PERSONIS CAMBIANTIBVS.

§. I.

*Quinam
possint cam-
biare?*

Negotiatio collybistica seu cambialis proprie ad mercatores pertinet: ideo enim tam rigida istius obligationis persequutio est inuenta, ut mercatores tanto tutius fidem aliorum sequi possent. Quandoquidem tamen ipsum negotium cambiale ex uariis conflatum est contractibus: nullum est dubium, quin cambiare possint, quicumque possunt contrahere, nisi id leges cambiales speciatim prohibeant.

§. II.

*An principes
comites, alii-
que uiri il-
lustres?*

Hinc quum et principes, comites, aliique uiri illustres et nobiles libere contrahant: consequens est, ut iidem et litteras cambiales dare, ex iisque recte conueniri possint*. Id quod speciatim cauetur O. C. Lips. §. 1. Prussic. §. 4. Brandenburg. art. 4.

* Huc pertinet locus O. C. Brandenb. citatus: alle dieienigen, so sich unternehmen einen Wechsel-Brief auszustellen, sie seyen männlich- oder weiblichen Geschlechts, Fürsten, Grafen, Freyherren, Hof-Bediente, adeliche, militair, oder gelahrte Personen, auch Professores und andere Veruandte unserer Universitäten, vvas Condition, Standes, Würden, und von vvas Bedienung sie immer seyn, sollen

Sollen eben sowohl, als die Handels-Leute, an diese Wechsel-Ordnung ohne Unterscheid und Exception verbunden seyn, also dass in Entstehung richtiger Bezahlung, vermöge unserer deshalb abgelassenen Edicte, nach Strenge des Wechsel-Rechts wider einen sowohl, als den andern, ohne allen Respect und Nachsehen verfabren vverde. Vbi tamen facile intelligitur, hic non intelligendos esse principes et comites imperii, sed tantum prouinciales seu mediatos.

§. III.

Contra non obscurum est, rigori cambiali *An impubes et minores?* locum non esse aduersus impuberes et minores: illorum enim cambia plane nullius momenti sunt; his uero laesis competit beneficium restitutionis in integrum. Vid. Meuius in *Commentar. ad ius Lubec. lib. III. tit. 6. art. 21. §. 26.* Excepti tamen sunt minores, qui mercaturam exercent, quippe qui in rebus ad mercaturam pertinentibus ne iure quidem communi in integrum restituuntur. Vid. *l. 1. C. qui et aduers. quos restit. in integr. non est necess.* ibique Brunnemann. in *Commentar.*

* Cambium a minorene datum ne tunc quidem ualet, si iureiurando sit confirmatum, quum tamen alias iusiurandum ex minorene maiorem facere dicatur. *Auth. sacramenta puberum C. si aduers. uendit.* Immo addit O. C. Brandenburg, art. 5. dass diejenigen, so eidliche Wechsel von Minderjährigen angenommen, so hoch, als der vierte Theil des beschwornen Wechsels beträget, bestrafet vwerden sollen. Ceterum et id notatu dignissimum est, quod quum alias in Marchia ius Romanum circa minorennitatem receptum sit, in causis tamen cambialibus maiores ui-

ginti annis pro maiorennibus habeantur. Vid. *O. C. Brandenburg. cit. art. 5.*

§. III.

An, qui sub patria potestate sunt?

Eos, qui sub patria potestate sunt, cambiare posse, notat cum aliis Titius in *iur. priuat. lib. X. cap. 5. §. 10.* qui tamen omnes hanc limitationem addunt, modo id non fiat in fraudem S^Cti Macedoniani*. Haec enim exceptio et parentibus et liberis salva est, nisi mercaturam exercent filii familias. *l. 7. §. 11. D. de SC. Macedon.*

* Hinc in emporiis parentes frequenter filios emancipare solent, si in negotiationem eorum consentiant. Sed superfluum esse hanc cautionem, quia filii negotiantes hac exceptione non utuntur, patet ex allegata *l. 7. §. 1. D. de SC. Macedon.*

§. V.

An et feminae?

Feminae in terris Brunsvicensibus abscisse iure cambiali tenentur: in reliquis plerisque Germaniae prouinciis tum demum, si mercaturam exercent*. Ceterum si uel maxime feminis non mercatricibus negotiatio collybitica conceditur, regulariter tamen cambiare non possunt, nisi uel curatoris, uel adstantis auxilio utantur. Nec dubium est, quin inualida sit obligatio cambialis, quam femina pro aliis suscipit.

* Rem optime explicat *Constitutio Friderici I. Prussiae regis, data d. 27. Dec. 1703.* quae deinde migravit in *O. C. Prussic. §. 5.* et *Brandenburg.*

denburg. art. 8. quo posteriore loco diserte cautum legimus, dass Frauens-Personen, die kundbar Handlung für sich allein treiben, oder mit andern, auch vwohl ihren Männern, in gemeinschaftlicher Handlung stehen, (vvorunter also der Kaufleute Weiber, vvenn sie nicht zugleich mit handeln, nicht begriffen), ohne Unterscheid und andere Umstände, als bey den Manns-Personen üblich, Wechsel ziehen, acceptiren, und ausgeben mögen, und dadurch gleich den Manns-Personen nach Wechsel-Recht verbunden vwerden sollen. Andere Frauens-Personen aber sollen der Orten, vvo sie sonst einen Litis-Curátorem haben müssen, mit diesem, anderer Orten aber mit einem Assistenten, der ihnen, vvozu sie durch den Wechsel verbunden vwerden, und im Fall sie für andere Wechsel-Briefe ausgeben, ihre sonst zustehende Iura und Priuilegia, als vvomit sie bey ausgestellten Wechseln auch in Reconuentione nicht zu hören, genugsam expliciren und deutlich bekant machen könne, ihre Wechsel-Briefe ausstellen und unterschreiben.

§. VI.

Quin ne sufficit quidem, mercaturam *Restrictio additur.*
exercere feminam, sed oportet etiam litteras
cambiales super negotio ad mercaturam per-
tinentes datas esse. Quod tamen in dubio tan-
tis per praesumitur*, dum contrarium a femina
mercatrice probetur. Vid. Carpzou. part. II.
constit. 1 §. defin. 16. n. 5. 6. et Mev. ad Ius Lubec.
part. III. tit. 8.

* Praesumptio haec aequissima est, 1) ob personam cambiantem, quae est mercatrix, 2) quia in mercatura cambiorum usus est frequentissimus. Semper enim praesumitur id, quod fit ut plurimum, ceu recte rationes in Mev. c. 1.

§. VII.

*An femina,
mercaturam
exercens, ab-
dicato illo
vitae gene-
re, ex cam-
bio antea
dato tenea-
tur?*

Ceterum feminas, quae tamquam merca-
trices cambia contraxerunt, abdicato etiam
illo vitae genere teneri, nullum est dubium*.
In omni enim negotio ad initium contractus
potissimum respicitur, et, nisi ita quaestio de-
cideretur, occasio daretur mulieribus, fem-
per defraudandi creditores suos, et quamcum-
que obligationem cambialem eludendi.

* Simile quid de studiosis theologiae cam-
biantibus disponitur in *O. C. Brandenburg. art. 7.*
*hätten auch Studiosi (Theologiae), so ihre mündige
Jahre erreicht, und nicht mehr unter väterlicher
Gewalt sind, Wechsel-Briefe ausgegeben, haben
sie sich durch gebührende Bezahlung davon zu be-
freyen, ehe sie ein aufgetragenes Predigt - Amt, oder
andere Kirchen- oder Schul- Bedienung antreten,
im vviedrigen Fall, und da nachmahls aus solchen
Wechseln vviieder sie geklaget, und dardurch Aer-
gerniß gegeben vwürde, zu gevvarten, dass sie des
ihnen aufgetragenen Amtes hin vviiederum entsetzet
vwerden.*

§. VIII.

*An et clerici
iure cambia-
liteneantur?*

Quamuis uero nullum vitae genus regu-
lariter liberet ab obligatione cambiali, adeoque
et clerici, quibus nulla cura animarum est,
ueluti canonici, equites sacri, et similes, ex
cambiis suis teneantur: pleraeque tamen leges
cambiales eatenus rigore cambiali eximunt
parochos, ut personali arresto non possint
constringi. Pertinet huc *edictum Saxonicum
a. 1711.* nec non *O. C. Brandenburg. art. 7.*
quae tamen simul suspensionis uel remotionis

poe-

poenam minatur pastoribus et ludimagistris; cambio sese obstringentibus. Conf. Berger in *Oeconom. iur. lib. III. tit. 30. §. 4. not. 5.*

§. VIII.

Quum denique opifices et rustici alias ualide contrahant: illos etiam cambiis suis obstringi, plerique censent; qua in re consentit etiam *O. C. Brunsvic. art. 2.* Aliud tamen obtinet in terris Prussicis, ubi infimae fortis homines, qui non negotiantur, nec non rustici, iure cambiali non tenentur*. Quod et in ducatu Altenburgico omnino obtinet. Vid. *O. C. Altenburg. §. II.*

An opifices et rustici?

* Pertinet huc insignis locus *O. C. Brandenburg. art. 6.* So sollen auch von dem Wechsel-Rechte ausgenommen seyn, und sich durch Wechsel rechtskräftig nicht verbinden mögen, Bauren, Tagelöhner, auch andere geringe Bürger, die keine Handlung, auch nicht solche Handvercke treiben, wobey sie grossen Verlag gebrauchen, sondern wenn solche Leute gleich Wechsel-Briefe ausgeben, soll daraus nicht anders, als insgemein aus blossen Handschriften, geklaget, und darauf verfahren werden. Id quod *art. 8.* etiam ad uxores horum hominum extenditur.

§. X.

Eo minus dubitandum, quin plures simul litteras cambiales uel tamquam correi, uel sine correali obligatione, dare possint. Quo posteriore casu nihilominus beneficium diuisionis, saltim mercatoribus, denegant Berger in *Oecon. iur. lib. III. tit. 30. not. 7.* et Wernher

Si plures simul litteras cambiales dederint, an beneficio diuisionis locus sit?

in *Compend. iur. lib. III. tit. 29. §. 7.* Quod eo magis obtinebit, litteris a societate traditis, si singuli focii subscripserint*, siquidem tunc hoc beneficium omnino cessat. Vid. Franck. in *Instit. iur. camb. lib. I. sect. 1. tit. 9 §. 15.*

* Quandoquidem tamen inter ICTos nondum constat, an et quatenus pluribus subscribentibus indulgendum sit beneficium diuisionis: illi sibi quam optime consulunt, qui id in ipsis cambialibus litteris exprimendum curant; quod fieri solet formula, *vvir Endes Unterscribene zahlen auf diesen Sula Wechsel-Brief, beyde vor einen, und einer vor beyde, uel, alle vor einen, und einer vor alle, die Summa vor . . .*

§. XI.

An et aduersus heredes persecutio cambialis competat?

Sed quaeritur, an et aduersus heredes rigida illa persecutio cambialis competat? Id quod adfirmant leges cambiales, adeo, ut ne spatium quidem deliberandi heredibus indulgeant*. Si tamen illico declarent heredes, se repudiaturos esse hereditatem: exsequutio fit tantum in hereditatem iacentem. Vid. O. C. Brandenburg. art. 18. Dantisc. art. 5.

* Quamuis enim alias heredibus ius deliberandi iure communi negari non possit, l. ult. §. 13. C. de iur. delib. id tamen cessat, si debitum cambiale adfit, quippe cuius exactio moram non fert, Immo ne beneficium quidem inventarii concedendum est debitoris cambialis heredibus, quia qui se soluturum promittit *nach Wechsel-Stil*, eo ipso omnibus exceptionibus renunciat.

§. XII.

§. XII.

Cambia acceptari posse per alios, speciali ^{Procura} mandato instructos, iam supra [cap. 4. §. 26.] ^{quid? Eius} monuimus. Id quoties factum est, principalis ^{effectus.} non minus rigori cambiali subiacet, ac si ipse acceptasset. Huius modi mandatum uocatur *procura*, idque alicubi publice consignandum est, (*es muss von dem Marckt-Schreiber oder Notarius registriret werden*). Minime ergo mandatum generale, quale institores habent, sufficit*. Vid. O. C. Hamburg. art. 8. Brandenburg. art. 39.

* Notissimum enim est, generale mandatum non sufficere, quoties suscipiendus est actus cum summo mandantis praeiudicio coniunctus, qualis sine dubio acceptatio litterarum cambialium est.

§. XIII.

Vidimus, qui iure cambiali obligentur: ^{Quinam col-} consequens est, ut et, qui collybisticam nego- ^{lybisticam} tiationem exercere possint, dispiciamus. Id ^{negotiationem} uero itidem non modo mercatoribus, sed et ^{exercere possint?} quibusuis aliis concessum est, praeterquam clericis et scholarum ministris, ob c. 15. 16. X. *de uit. et honest. cleric.* et *Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 1. de reformat.* Praeterea et proxenetis hac negotiatione in legibus cambialibus tantum non omnibus interdicitur.

§. XIII.

An ministri
principum,
nobiles, mili-
tes, doctores
academici?

Et quamvis alioquin mercatura interdica-
tur ministris principum, nobilibus, militibus,
et doctoribus academicis, *l. un. C. negotiat. ne
milit. l. 3. C. de commerc. et mercator.* ea tamen
sanctio eosdem non stringit exercentes nego-
tiationem campforiam, quippe quam in sensu
strictiore mercaturam esse, plerique negant*.
Vid. Bonavent. Straccha *de mercatur. part. I.
num. 67.*

* Recte isti subducunt rationes, qui negotia-
tionem collybisticam mercaturae speciem esse
negant, quamvis contrarium defendere cona-
tus sit Menoch. *de arbitrar. iudic. quaestion. cas.
91. num. 3.* Sane enim nec in emendo uenden-
doque consistit, nec in importando exportan-
doque: et hinc Saury in *Negotiator. perfect. part. II.
lib. III. cap. 4.* obseruat, quamvis in Gallia pe-
grino negotiari non liceat, eum tamen non
prohiberi, quo minus negotiationem collybisti-
cam exerceat, quippe quae ibi pro mercatura
non habeatur.

§. XV.

An societa-
tes?

Itaque ne societates quidem, tamquam
personae morales, negotiationem collybisti-
cam exercere prohibentur. Immo illam exer-
cent quotidie, quamvis alicubi legibus cautum
sit, ut omnes et singuli focii nomina sua se-
paratim subscribere cogantur*.

* Singulorum subscriptio ideo uel maxime
necessaria est, quod focii singuli tenentur in
solidum, adeoque interest possessoris cambi,
scire, contra quos agendum sit, maxime quum
nomina adpellatiua, e. gr. *Martell und Compagnie,*
et

et familia, plerumque ficta sint, et personae tales non existunt.

§. XVI.

Iudaei, qui arte collybistica lucrum prae reliquis adfectant, et nulla lege cambiali id facere prohibentur, id tenentur obseruare, ut inter se non utantur litteris Iudaicis*: si tamen tales adhibuerint, ex iis agi non potest, nisi prius iudici de litterarum istarum uero sensu constet. Quem in finem adhiberi solent istarum litterarum periti, qui illas in uernaculam adcurate transferant. Qua in re usum egregium praestat Wagenfeilii *Jüdisch-Deutsche Belehrung*, quae 1715. Francofurti, in 4. prodiit.

* Raro tamen Iudaei litteris Iudaicis in cambiis suis uti solent, quia inutiles fere in commercio essent futurae. Vix enim Christiani reperirentur, qui sibi cedi uellent cambia, quae plane non intelligerent.

§. XVII.

Obiter adhuc monendum, obligationem cambialem non confundendam esse cum obligatione ad obstagium, qua adhuc utuntur in Holsatia nobiles. Quamuis enim in eo conueniant, quod utroque casu debitores sese obstringunt ad arrestum personale: in eo tamen quam maxime differunt, quod obstagium ultro subire tenentur debitores*, ob cambium

Obligatio cambialis et ad obstagium an, et quomodo differant inter se?

E 5

uero

uero a iudice ad custodiam damnantur. Ut iam non dicamus, clausulam de obstagio plerumque tantum nudis chirographis inferi sole. re. Vid. Io. Schilter in *Commentat. de iure obsid. cap. 11. de obstagio*, [insert. *Prax. iur. Rom. pag. 96. sqq.*]

* Quamuis uero is, qui ad obstagium sese obstrinxit, illud ultro obire teneatur: praerequiritur tamen creditoris requisitio, quam uocant *das Mahnen zum Einlager*. Ea fit per notarium et testes; et, si illi non obtemperetur, debitor ipso iure pro infami habetur. Vid. Io. Fuchsi *Introduct. ad prax. forens, lib. I, cap. 12.* ubi fuse de ordine procedendi in obstagiis agit.



CAPVT VI.

DE

OBLIGATIONE ET ACTIONE
CAMBIALI.

§. I.

Quibus ex contractibus conflata sit negotiatio collybistica, iam supra [cap. 3.], quantum satis est, diximus. Ex singulis istis contractibus singulares quoque nasci oportet obligationes *, quas actione cambiali persequi ius est, nisi ob certam causam sint extinctae. Quam ob rem hoc capite partim de obligationibus et actionibus, quae ex litteris cambialibus nascuntur, partim de modis, quibus eae extinguuntur, agendum est.

Quid hoc capite pertractetur?

* Nata uero occasione de diuisione obligationis cambialis agendum, quae uel *communis* seu uulgaris, uel *propria* seu specialis est. Illa parit actionem ordinariam; haec cambialem. Sic e. gr. qui promittit, se cambium trassaturum, nec stat tamen promissis, actione ordinaria ex stipulatu conuenitur: qui uero cambium iam trassauit, ex non soluto tenetur actione cambiali.

§. II.

Primo itaque ex cambio proprio tres nascuntur obligationes et actiones. Nam 1) creator aduersus debitorem, qui litteras cambial-

Quot ex cambio proprio nascuntur obligationes et actiones?

biales dedit, recte agit, 2) indoffatarius aduersus creditorem indoffantem, si debitor non soluerit, et denique 3) idem aduersus debitorem non soluentem*. Quibus casibus omnibus locum inuenit rigidior illa exsequutio.

* Quaeritur uero, an et hisce casibus opus sit protestatione? Id recte negatur, si creditor aduersus debitorem agat, uid. Ziptel. *de camb.* sect. VI. pag. 174. reliquis casibus omnino requiritur protestatio. Ceterum obseruandum, quam maxime indoffari quidem posse cambium proprium, si in eo reperiantur uerba, *oder des sen Ordre*, nec tamen id fieri debere post diem solutionis. Vid. O. C. Brandenburg. art. 41. *ein Wechsel-Brief auf sich selbst ausgegeben, soll nach der Verfall-Zeit an keinen andern indoffiret oder negotiiret vverden können, vvenn dieser letzte nicht vorher bey dem Ausgeber angefraget, ob solcher Wechsel noch unbezahlet sey? und dieses von ihm schriftlich auf den Wechsel-Brief attestiren lassen.*

§. III.

At in cambio trassato multo plures concurrunt obligationes et actiones. Nam 1) *remittens*, ualuta nondum soluta, obligatur trassanti, et tunc agitur ex iure cambiali, siue *remittens* cambium interimisticum dederit, siue *chirographum*, siue sine litteris contraxerit*. Vid. O. C. Brandenburg. art. 47. *Dantiscan.* art. 1. *Wratislau.* §. 13. *Austr.* art. 40. Vnde hoc debitum cambiale uel maxime priuilegiatum est.

* Optime rem exprimit O. C. Brandenburg. c. l. *im Fall die Zahlung der Valuta nicht sofort erfolgt, so soll diese Schuld, vvenn sie erwiesen ist, als ein Wechsel angesehen, und gleich des folgenden Tages, oder auf vvelche Zeit sie unter einander selbst, oder durch den Mäckler sich verglichen haben,*

Quot ex
trassato?
Obligatio
remitten-
tis,

*haben, exsequeret vverden, vvenn gleich desvve-
gen kein Schein ertheilet vväre.*

§. III.

Deinde ipse etiam trassans obligatur tum *Trassantis obligatio.* remittenti, tum praesentanti, uel eiusdem indossatario, ad restituendam pecuniam, praestandamque indemnitatem, si cambium uel acceptatum non sit, uel non solutum: quamuis utroque casu interposita protestatione opus sit, qua neglecta, obligatio ista omnino expirat.

* Praesentans tamen, dominus cambii factus, optionem habet, malitne contra remittentem, an contra trassantem experiri. Posterius autem raro fit, quia cambius cum protestatione reuersis plerumque uacillat fides trassantis, idque indicium est, illum propediem foro cessurum. Nemo uero temere inanem actionem instituire cupit.

§. V.

Trassati obligatio ex acceptatione demum *Obligatio trassati.* nascitur, et tunc dubium non est, illum tum a praesentante, tum ab indossatario conueniri posse. Et quamuis in utriusque arbitrio sit, aduersus trassatum agere malit, an aduersus trassantem: posterius tamen uel ideo plerumque fieri solet *, quia denegata cambii acceptati solutio argumentum plerumque euidentissimum est, trassatum foro cessurum, et iam tum non amplius soluendo esse.

* Potest tamen existere casus, ut quis aduersus trassatum uel acceptantem, quam aduersus
sus

sus trassantem agere malit, si scilicet posterior acceptato iam cambio foro cesserit. Tunc enim quia inanis aduersus illum actio esset futura, ipsae prudentiae regulae suadent, ut quis potius aduersus acceptantem experiatur, quippe qui tenetur, siue ipse sit recuperandae pecuniae, siue non.

§. VI.

Num trassatus a trassante ob non acceptatum cambium conueniri possit?

Id quaeritur, num trassatus etiam a trassante conueniri possit, si is cambium non acceptarit, ac proinde illud una cum interposita protestatione redierit? Id quod regulariter negatur, quia acceptatio, ceu supra diximus, est res meri arbitrii. Pauci tamen sunt casus*, quibus et trassatus ob cambium non honoratum potest conueniri.

* Paucissimi isti casus, quibus trassans aduersus trassatum actionem habet, sunt tres sequentes: 1) trassatus sit debitor trassantis, quod mercatores eloqui solent, *der Trassat habe sein Geld in Händen*, 2) si ipse trassatus mandauerit, ut cambia ad se dirigerentur, et 3) si trassato de indemnitate iam prospectum sit, quod mercatores efferre solent, *man habe dem Trassaten genugsame Provision verschaffet*. Vid. Saury in *Negotiat. perfect. part. I. cap. 27.*

§. VII.

Indossatarius aduersus indossantem ad quid agat?

Is, qui cambium alicui ita cessit, ut ualutam a cessionario receperit, huic omnino semper obligatus est, adeoque cessionarius uel indossatarius actionem habet aduersus indossantem* ad recuperandam fortem, proxenetikum, damna, et impensas, modo protestationem rite interposuerit.

* Quam-

* Quamuis uero actionem cambialem habeat indossatarius: non tamen agit ex cambio, sed ex indossamento. Hinc si uel maxime in cambio occurrat hypothecae constitutio uel renunciatio fori, id tamen indossanti non nocet. Vid. Koenigk. *ad O. C. Lips.* §. 11.

§. VIII.

Præsentans cambiali actione proprie non tenetur: si tamen sit remittentis mandatarius, et uel in offerendo cambio, uel in pecunia exigenda negligentius sese gesserit, ex eaque socordia detrimentum ceperit remittens uel trassans, recte conuenitur actione mandati ad damnum omne sua culpa datum resarciendum *.

Præsentans an et quando actione cambiali teneatur?

* Sed an trassatus actionem habet aduersus præsentantem, si illi ante diem soluerit, et interea trassans foro cesserit? Id merito negatur, quia damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non uidetur. *l. 203. D. de reg. iur.* Iam supra enim uidimus, contra officium agere trassatum, si ante diem soluat.

§. VIII.

Qui in honorem trassantis litteras cambiales ad se non directas acceptauit, perinde, ac ipse trassatus, tenetur. Hinc integrum est præsentanti, aduersus eum, si constituto die non soluerit, actione cambiali experiri. Contra ea et hic, præstita solutione, agit aduersus trassantem ad recuperandam summam solutam, una cum prouisione, damnis, et im-

An contra acceptantem in honorem litterarum actio cambialis detur. Huic an talis competat aduersus trassantem, et quando?

* Sed is, qui in honorem litterarum acceptauit, non habet actionem aduersus trassantem, nisi

nisi praesentans prius protestatus sit, et hanc protestationem acceptanti obtulerit. Vnde nota est formula: *acceptirt sopra Protesto*, i. e. postquam praesentans de non facta acceptatione protestatus est. Vid. *O. C. Lips.* §. 17.

§. X.

An et quando actio cambialis aduersus fideiussores detur?

Praeterea quum et fideiussores, ut supra iam diximus, accedere soleant obligationi cambiali: locus quoque est actioni cambiali aduersus fideiussores, si fecerint auallum; sin extra cambium fideiusserint, actione ordinaria conueniuntur.

* Sed an beneficiis iuris gaudent huius modi fideiussores? Hic quoque distinguunt inter auallum et fideiussionem extracambialem. Priore casu beneficia ista cessare plerique existimant, quia, qui cambio subscribit, exceptionibus omnibus tacite renuntiasse censetur: posteriore uero casu res ex iure communi diiudicanda est.

§. XI.

Amisissis cambialibus litteris debitum cambiale an exspiret?

Elegans quaestio est, an, amisissis litteris cambialibus, ipsum debitum cambiale exspiret? Id quod merito negatur. Quodsi debitor fateatur, se cambiales litteras dedisse, iudex illum per exsequutionem cambialem adigere potest ad soluendum, modo actor prius cautionem de futura indemnitate praestiterit. Sin uero neget reus, probatione, adeoque processu ordinario opus est: uictus tamen reus exsequutione cambiali ad soluendum compellitur*.

* Rem

* Rem omnem eleganter complectitur O. C. Brandenburg. art. 43. würde ein acceptirter Wechsel-Brief verlohren; der Debitor aber der Wechsel-Schuld gleichwohl geständig seyn, so ist er nach Wechsel-Recht zur Zahlung verbunden, jedoch anders nicht, als gegen sufficiente Caution, dass man ihn wegen dieser Post und aller künftigen Unkosten contra quoscumque Noth- und Schadlos halten wolle. Im Fall aber der Debitor die Schuld geleugnet, oder nicht gestehen will, dass ein Wechsel deshalb ausgestellet sey, so muss der Creditor die Wege gehen, welche die Rechte in Fällen, da Verschreibungen verlohren worden, geordnet, und kan des Wechsel-Rechtes sich inmittelst nicht gebrauchen. Conf. O. C. Lips. §. 33. Dantiscan. art. 37.

§. XII.

Possunt et ex delictis oriri obligationes circa cambia, ueluti si quis litteras cambiales falsas finxerit, uel genuinas raserit, alteri subtraxerit, rapuerit, cet. Enimvero tunc persequutioni non cambiali, sed criminali, est locus, et, si idonea adsint indicia, processus cambialis tantisper suspenditur, dum finita fuerit inquisitio*.

An et obligationes ex delictis circa cambia oriuntur?

* Quamuis uero alias delicta et crimina non possint ulli per modum exceptionis opponi: id tamen exceptionem patitur in crimine falsi, nec non, quod ad cambia attinet, in crimine furti et rapinae; et haec exceptio ita praeiudicium facit actioni, ut non prius possit procedi in causa primaria, donec quaestio illa criminalis decisa sit. Vid. Riwin. in Specim. except. forens. cap. 47.

§. XIII.

Haecenus de obligationibus, quae ex litteris cambialibus nascuntur: proximum est, ut,

Transitio ad exceptiones.

Heinecc. Elem. iur. camb.

F

qui-

quibus modis illae solvantur, paucis expediamus. Quemadmodum enim prior doctrina fundamentum praebet actionibus cambialibus: ita haec posterior ad exceptiones, quibus illae eliduntur, pertinet. Huc spectat insignis locus Vlpiani *l. 41. D. de legib.* ubi totum ius nostrum consistere, ait, aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo, cet. Minui autem solet alterius ius etiam exceptionibus, quibus eius actiones eliduntur.

§. XIII.

Qualis praescriptio regulariter obtineat?

Primus, isque potissimus, modus tollendi obligationem cambialem, est *praescriptio*. Quamuis enim Bononiae obligationes cambiales nullo temporis lapsu perimantur, ceu obseruauit Franck. in *Instit. iur. camb. lib. II. sect. 4. tit. 3. §. 1**. regulariter tamen obtinere aiunt praescriptionem triginta annorum, cui Saxones annum unum, sex hebdomades, et tres dies adiicere solent. Vid. Ludouic. *Introduct. in process. cambial. cap. 11. §. 23.*

* Sed ius illud Bononiensium uix analogiae iuris et aequitati consentaneum est. Non priori, quia omnes actiones personales triginta annorum praescriptione excluduntur: nec posteriori, quia praescriptio introducta est in poenam negligentiae, quae minime omnium inter mercatores est excusabilis.

§. XV.

§. XV.

At multo breuius tamen temporis spatium *Qualis Lugduni, et in reliqua Gallia?* praefigunt pleraeque leges cambiales. Lugduni enim cambiis ratione citium anno, ratione exterorum triennio; in reliqua uero Gallia quinquennio praescribitur; eiusque praescriptionis is effectus est, ut circumacto eo tempore solutio praesumatur, quamuis Ludouicus XIII. rex solutionem illam debitoris iureiurando firmandam esse statuerit. Vid. O. C. Lugdun. art. 10. O. mercat. Ludouici XIII. tit. 5. art. 21*.

* In eadem O. mercat. l. c. debitori iniungitur *zu beiahen, dass er nichts mehr schuldig sey.* Illud *beiahen* Galli interpretantur de iureiurando; quod singulare est, quia alias praesumptiones liberant ab onere probandi. At iusiurandum hoc purgatorium esse uidetur, ideo decernendum, quod ex litteris cambialibus fortiores praesumptiones seu indicia militant aduersus debitorem.

§. XVI.

Dantisci et Lipsiae litterae cambiales transfatae post quatuor hebdomades; in ducatu Brunswicensi post mensem pro solutis habentur. Vid. O. C. Dantiscan. art. 36. Lips. §. 32. Brunswic. art. 45. Cambiis propriis tantum non *Qualis alibi? Cambiis propriis qualis obstat praescriptio?* ubique obstat praescriptio annalis, ueluti in terris Prussicis, ducatu Brunswicensi, Dania, Austria, aliisque locis quam plurimis, eatenus, ut inde agi non possit cambialiter*.

* Lipsiae distinguunt inter mercatores et reliquos ciues: inter illos enim obligatio anno praescribitur; non inter hos. At in terris Prusis generatim cautum est in *O. C. Brandenburg. art. 42. vvenn iemand einen Wechsel-Brief auf sich selbstenausstellet, und nach der Verfall-Zeit in einem Jahr deswegen sich niemand angiebet, soll der Wechsel-Brief alsdenn kein Wechsel-Recht mehr behalten, sondern nur vor eine bloße Obligation gelten.* Agi ergo exinde potest, sed tamquam ex chirographo, quamuis et haec actio post septennium expiret.

§. XVII.

Quare uel maxime hic singularum provinciarum urbiumque statuta consulenda sunt, quippe quae hac in re ut plurimum discrepant. Ut enim quisque legislator fidem inter mercatores saluam esse cupit*: ita breuissimum praescriptionis tempus in causis cambialibus definire solet.

* Fides publica praecipua causa est, cur in emporiis breuissimam esse oporteat praescriptionem, ceu recte obseruauit Io. Nic. Hertius, tum in *not. ad Pufendorff. de iur. nat. et gent. lib. III. cap. 12. §. 5.* tum in *Element. politic. part. II. sect. 11. §. 5.* Eodem pertinet Io. Sam. Stryckii *Diss. de praescript. rer. per mar. adlatar. secundum statut. Hamburg. § 7.* Add. *Diss. nostr. de praescript. anal. iur. Lubec. a iure commun. diuers. §. 6.*

§. XVIII.

Incipit haec praescriptio a die solutionis, quippe a quo temporis momento praesentans in mora esse incipit. Vid. Küstner. in *Diss. de menstrua et anal. praescript. litterar. cambial.*

§. 41.

Consulenda
singula sta-
tuta, et cur?

Praescriptio
quandonam
currere inci-
piat?

§. 41. Si sponte facta est prorogatio, praescriptio currit a termino prorogato. Vid. Küstner. *ibid.* §. 44. Denique ubi dies induciarum conceduntur acceptanti, demum elapsis illis diebus currit praescriptio*.

* Totius paragraphi fundamentum est in regula notissima: *non ualenti agere non currit praescriptio l. 1. §. fin. C. de annal. except. Ital. contract. toll.* Iam id addendum, facile fieri quidem posse prorogationem in cambiis propriis, difficillime autem in trassatis. Praesentans enim inducias concedere nequit, nisi periculo suo, iisque datis non habet regressum aduersus trassantem.

§. XVIII.

Quamuis uero exceptio praescriptionis perimat rigorem exsequutionis cambialis: non tamen illa simul perimit ipsam obligationem. *Exceptionis praescriptionis quisnam effectus?* Etsi enim inde non detur persequutio cambialis, datur tamen processus exsequutiuis, uel, eo quoque extincto, ordinarius*. Vid. Franck. in *Instit. iur. camb. lib. II. sect. 4. tit. 3. §. 14.*

* Addendum hoc loco, cambium, cuius rigor per praescriptionem sublatus est, adhuc prodesse ad excipiendum, ueluti ad fundandam exceptionem compensationis. E. gr. est mihi in manibus cambium praescriptione infirmatum: iam debitor meus ex alia causa aduersus me agit: possum ipsi opponere exceptionem compensationis, eamque probare per litteras cambiales.

§. XX.

Quibus modis praescriptionis cursus sistatur?

Ipse praescriptionis cursus sistitur tum prorogatione a creditore uel praesentante facta, Wilduogel. Respons. et consil. 197 num. 13. tum renuntiatione*, Küstner Diss. alleg. §. 57. tum interruptione, siue per citationem, siue per interpellationem, adiunctamque protestationem facta. Conf. Barth. in Hodeg. forens. cap. 4. §. 24. sequ.

* Renuntiatio, de qua in paragrapho diximus, ita exprimi solet in litteris cambialibus; *leiste zu gesetzter Zeit contente Zahlung, in deren Entstehung aber soll mich weder die Praescription, noch irgends eine anderwärtsige Ausflucht, von meiner Obligation liberiren.* Ceterum hanc renuntiationem in propriis tantum cambiis locum habere, facile intelligitur.

§. XXI.

An ciuilitate?

Quae quum ita sint, si in ullo alio negotio, in hoc certe, iura uigilantibus sunt scripta*, nihilque facilius contingere potest, quam ut creditor nimiam modestiam ac humanitatem sibi detrimento fuisse experiatur. Vnde inter mercatores frequens paroemia magis ex prudentiae, quam uirtutis, principiis deriuanda, *in Geld-Sachen gilt keine Freundschaft.*

* Vix excusandum esse, qui negligit ius agendi, iam Paullus obseruauit l. 28. D. de uerbor. significat. ubi ait: *uix est enim, ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi.*

§. XXII.

§. XXII.

Quemadmodum deinde iure communi obligationes solvuntur *confusione*, quia fieri nequit, ut quis sui ipsius simul creditor, simul debitor sit, l. 93. §. 2. D. de solut. et liberat. ita idem contingit circa obligationem cambialem. Est vero *confusio* concursus debiti et crediti, itemque obligationis principalis et accessoriae in eadem persona. Ac proinde obligatio cambialis procul dubio extinguitur, si vel debitor cambium proprium a se adquisitum iusto titulo possidet, vel acceptans cambium trassatum ex iusta causa recuperavit *.

An confusione?

Ea quid sit?

* Ceterum utriusque generis litterae cambiales ad debitorem vel acceptantem reuerti possunt ex pluribus causis, 1) quia debitor creditoris sui heres est, 2) quia creditor iuri suo renunciauit, 3) quia creditor debitori cambium in solutum reddidit ob compensationem, 4) quia ob bene merita donationis titulo litteras reddidit.

§. XXIII.

Sed et tunc *confusione* sublatum esse censetur cambium, si trassans, receptis litteris cambialibus, remittenti vel indossato satis fecerit. Quo tamen casu trassato, si acceptatio iam sequuta sit, dimidia pars prouisionis, quam uocant, debetur*. Vid. Phoonsen. in Stil. cambial. Amstelod. cap. 28. §. 15.

Quid si facta sit, acceptatione a trassato iam facta?

* Prouisio ista est $\frac{1}{2}$. pro centum, eamque ideo exigit trassatus, quod et mandatum trassantis impleuit, et pecuniam paratam habuit ad soluendum, qua interea lucrum facere potuisset, nisi iacuisset otiosa.

§. XXIII.

An deletis ab indossatario indossamentis intermediis?

Quin, si ad indossantem quoque cambiales litterae ex iusta causa redeunt, deletis ab illo omnibus indossamentis intermediis*, obligatio cambialis ratione reliquorum indossatariorum plane expirat. Vid. Ludouic. *Indroduct. in process. cambial. cap. 4. §. 30.*

* Semper enim praesumptio est, prioribus indossatariis esse satis factum, si cambium aliis ulterius cesserint.

§. XXV.

Quid si debitum et creditum in una persona concurrant?

Ipso iure confusione tollitur obligatio cambialis, quoties, actione iam iam nata, debitum et creditum in una persona concurrunt. Si enim nondum nata est actio, sed eius tantum spes aliqua adfulget, confusio adesse non censetur. Quam distinctionem contra Titium et Barthium fusius demonstraui Franck. in *Instit. iur. camb. lib. II. sect. 4. tit. 2. §. 7-11.*

§. XXVI.

Non adest confusio, si quis alterius nomine quid faciat?

Omniū minime autem id pro confusione haberi potest, si quis cambium, e quo ipse obligatus est, alterius nomine et mandato exigat, uel, quod ipsi debetur, alieno nomine

soluendum suscipit *, quia, quod quis alterius nomine facit, ipse fecisse non uidetur, adeoque re uera non est idem debitor et creditor.

* Simile quid circa compensationem deprehendimus. Quamuis enim illi semper sit locus, si debitum utrimque sit liquidum, frustra tamen compensatio urgetur a tutore nomine pupilli, quia hi non sunt mutui creditores et debitores.

§. XXVII.

Solutionem esse modum tollendi obligationem cambialem uel maxime naturalem, facile patet. Quum uero ei aequiparetur compensatio: merito quaeritur, an et huic in negotio cambiali locus sit? Id quod merito adfirmatur a Stenger. in *Dissert. de assignation. mercator.* §. 27. Franck. in *Instit. iur. camb. lib. I. sect. 3. tit. 7. §. 4.* et Ludouici in *Introduc. in process. cambial. cap. II. §. 31**.

Solutio et compensatio an tollant obligationem cambialem?

* Fundamentum horum auctorum est, quod in processu cambiali quoque omnes admittantur exceptiones in continenti liquidae. Si ergo compensatio liquida est, quidni et exceptio eius admittenda sit?

§. XXVIII.

Tunc uero huic compensationi locus est, *Quando* quando 1) utriusque cambii dies iam uenit *, *compensatio* et 2) utrumque debitum est liquidum. *tioni sit locus?* Liquidum enim et hic cum illiquido, inuito creditore, non compensatur, ceu recte obserua-

uit Franck. in *Instit. iur. camb. lib. I. sect. 3. tit. 7. §. 6.*

* Hinc compensatio cambiorum, quae feriarum uocant, non prius permittitur, quam altera nundinarum hebdomade, quam uocant *die Zahl-Woche*; non prius enim cambiorum istorum dies uenit. Vid. Franck, *l. c. §. 5.*

§. XXVIII.

Scontro
quid, et quomodo fiat?

Vocari haec compensatio solet *scontro* uel *scontratio*, eaque fieri solet in aedibus mercatorum publicis, praesentibus omnibus, quorum interest, et uerbis quidem paucissimis. Vid. Koenigk. *ad O. C. Lips. §. 24. not. 7.* Haec deinde *scontratio* a singulis inscribitur libro, quem uocant *das Scontro-Buch*, uel, *dass Mess-Memorial**: et, si tunc plurium mercatorum libri per omnia conspirant, iis plena fides in iudiciis mercatorum haberi solet. Vid. *O. C. Brunswic. art. 49.*

* Inscriptio in istum librum ita fieri solet, et quidem e. gr. a Titio:

A Dio Leipziger Oster-Messe 1738. den 4. Maii vor Mittage.

1000. Rthlr. - - soll Caius an Sempronium durch Meuium; a Caio:

1000. Rthlr. - - soll Meuius an Titium durch Sempronium; a Meuiio:

1000. Rthlr. - - soll Sempronius an Caium durch Titium; denique a Sempronio:

1000. Rthlr. - - soll Titius an Meuium durch Caium.

Datum autem ideo non est omittendum, ne suspicio nascatur, *scontro* illud multo post a mercatore libro esse inscriptum.

§. XXX.

§. XXX.

Compensationi etiam locus est, si litterae cambiales alii cessae sint, siquidem cessionario eadem exceptiones, quae cedenti obstant, recte opponuntur *, l. 2. pr. D. de heredit. uel. act. uendit. In Saxonia tamen id ea-
 Quid si litterae cambiales alii sint cessae, an et tunc compensationi sit locus.

tenus restrictum est per edictum a. 1699. ut indoffatario non obstet exceptio compensationis, si ipsum litterarum dominium in eum sit translatum; obstet autem omnino, si indoffatarius tantum mandatarius sit. Vid. Koenigk. Adpend. ad O. C. Lips. litt. H. [pag. 71. sequ. in Siegel, Corp. iur. camb. tom. I.]

* Ratio, cur exceptio compensationis cessionario non minus, quam cedenti, opponi possit, haec est, quia compensatione obligationes ipso iure tolluntur: sublata uero obligatio alteri cedi non potest cum effectu, ut melius ius cessionario adquirat, quam cedens habuit.

§. XXXI.

Quemadmodum porro iure communi non modo nouatione, sed et acceptilatione Aquiliana *, seu hodiernis moribus remissione tolluntur obligationes: ita idem quoque de cambiali ualeat. Siue enim, redditis prioribus, nouae litterae cambiales creditori dentur, siue hic profiteatur, se summam soluendam acceptam ferre: obligationem cambialem extinctam esse, manifestum est.

An et remissione tollatur obligatio cambialis?

* Aquillianae uero acceptilationis hic ideo fit mentio, quod simplex tantum pertinebat ad obli-

obligationes ex stipulatu tollendas. l. 35. D. de
reg. iur.. Hic autem obligatio non nascitur ex
 stipulatu, sed ex litteris: opus ergo est ac-
 ceptilatione Aquilliana. §. 2. *Inst. quib. mod.*
toll. obligat.

§. XXXII.

*Nouationis
 cum delega-
 tione facta
 in cambiis
 effectus.*

Ceterum uel sine delegatione fit *nouatio*,
 uel cum delegatione, quoties nimirum perso-
 na debitoris ita mutatur, ut tertius alterius
 obligationem expromittendo in se suscipiat.
 Cuius postremae is effectus est, ut prior tan-
 tum debitor liberetur*, et actio aduersus de-
 legantem uel expromittentem nascatur.

* Caue ergo cum delegatione confundas uel
 cessionem seu indossamentum, uel adsignatio-
 nem. Priore enim mutatur persona creditoris,
 et indossatarius, cessante solutione, regressum
 habet aduersus indossantem. Adsignatio uero
 nihil aliud est, quam mandatum, ut alius pro
 me soluat: quo itidem non facto, regressus
 saluus est aduersus adsignantem. - At in dele-
 gatione omnis regressus cessat.

§. XXXIII.

*Prorogato
 die solutio-
 nis nouatio
 an fiat?*

Non autem fieri nouationem prorogato
 die solutionis, uel inde patet, quod tunc ani-
 mus nouandi deficit: sine eo autem non in-
 telligi nouationem, satis patet ex l. ult. C. de
nouat. et delegat *.

* Hanc legem erudite interpretatus est Ant.
 Faber in *Coniect. lib. III. cap. 3.* ubi ostendit,
 olim inter Ictos dissensionem fuisse, pluribus
 existimantibus, nouationem et sine declaratio-
 ne expressa praesumi. Sed finem huic liti im-
 posuit

posuit Iustinianus, dum nouandi animum semper exprimendum esse statuit.

§. XXXIII.

Si quis ratione officii litteras cambiales alicui dederit, eo finito procul dubio ipse liberatur, simulque ius exigendi ex litteris cambialibus sibi intuitu istius officii datis alter amittit. *l. 1. C. quand. ex fact. tutor. uel curat. l. 25. C. de administr. tutor. uel curat.* Si uero suo nomine quis cambium uel creditor eius fidem speciatim sit sequutus: abdicatione minime exsoluitur. *l. 9. C. de praed. et al. reb. minor. non alien. l. 15. D. de administrat. et peric. tutor. et curator.*

Quid si quis ratione officii cambiales litteras dederit?

* Quum uero saepe ambigi possit, suone nomine quis cambium uel dederit, uel acceptauerit, an ui officii; consultissimum est, ut 1) exprimatur, quis ualutam acceperit, e. gr. *der Valuta halber ist die königl. Preussische Kriegs- und Domainen-Cammer zu Magdeburg vwohl vergnügt,* 2) unde solui debeat, e. gr. *auf diesen meinen Sola-Wechsel-Brief zable aus hiesiger königlichen Accise-Casse, cet.* 3) ut subscriptioni statim subiiciatur qualitas officii, e. gr. *Ernst Samuel Müller als Rendant der königlichen Academie der Wissenschaften.*

§. XXXV.

Nec magis abdicatione ab officio cessat obligatio cambialis, si quis fines officii uel mandati a domino accepti excesserit, talemque negotiationem susceperit, quae ad eius officium non pertineat. Tunc enim iure ad-

Quid si fines officii quis excesserit, an abdicatione liberetur?

uersus

uersus illum agitur. Argumento *l. 43. §. 1. C. de administrat. et peric. tutor. et curat **.

* Quae hic de tutore disponuntur in *c. l. procul dubio* etiam ad institorem pertinent, quippe quem sine speciali mandato domini cambialiter dare et acceptare non posse, iam supra uicimus.

XXXVI.

Solutio an et quando suspendatur uel impediatur?

Euenire etiam quaedam solent, quae ipsam obligationem cambialem quidem non perimunt, at solutionem tamen uel suspendunt, uel impediunt, ac proinde mirifice turbant negotiationem collybisticam: quo in primis pertinet casus, si campfor foro cedat, adeoque res ad creditorum concursum * redeat.

* Sunt quaedam leges cambiales, quae huic beneficio in cambialibus debitis non dant locum. In primis in Saxonia illud plane exultat, teste Barthio, in *Hodeg. forens. cap. 3. §. 28. not. a.* Idem olim in prouinciis quoque Brandenburgicis obtinuit: sed rigidum istud ius mutatum est *O. C. Brandenburg. art. 20.* ubi ea de re ita disponitur: *vermöchte der in Arrest gerathene Schuldner zu erweisen, dass er nach ausgestellttem Wechsel in Unglücks-Fälle gerathen, soll er auf iuratorische Caution erlassen, auch denen, die an ihrem Unglücke nicht selbst schuld, Cessio bonorum gegönnet, und nach der Cession, wenn gleich nicht alle Creditores bezahlet werden könnten, gar nicht mehr im Arrest gehalten werden.*

§. XXXVII.

Rescripta moratoria quando et quibus concedantur?

Concursum saepe antecedunt rescriptiones moratoriae, quae exactionem cambii regulariter morantur, non tamen concedendae iis, qui

qui luxu bona sua abliguriuerunt, nec, nisi oblata adcurata bonorum consignatione. Vid. O. C. Prussic. §. 36. Brandenburg. art. 57. In Dania tamen huius modi rescriptis moratoriis in caussis cambialibus omnis effectus detrahitur. Vid. O. C. Danic. art. 20*.

* In Saxonia per mandatum d. d. 13. Sept. 1702. et eiusdem interpretationem d. d. 19. Ian. 1703. cautum fuerat, dass vvenn ein Wechsel-Brief auf einen Leipziger Banco-Bogen à 16. Groschen geschrieben, oder dergleichen herum geschlagen vwürde, alsdenn vvierder denselben kein Moratorium gelten sollte. Vid. Koenigk. Adpend. ad O. C. Lips. litt. P. et Q. (pag. 81. sqq. tom. I. Corp. iur. camb. Siegel.) Sed argentaria publica, de qua instituenda tum rex cogitabat, numquam exitum habuit.

§. XXXVIII.

Impetrato eius modi rescripto moratorio, intra tempus induciarum creditoribus non currere praescriptionem, ex analogia iuris recte statuit Anton. de Freundenberg, de rescript. morator. concl. 58. Quum uero alii dissentiant, et contrariam sententiam multis praeiudiciis probent, ueluti Küstner. in Diff. de menstr. et annal. praescript. litterar. cambial. §. 51*. rectissime sibi consulunt, qui durante etiam ista dilatione cambia producunt, actionemque instituunt, quamuis exsequutio merito differatur.

Tali rescripto impetrato, an labente induciarum tempore creditoribus praescriptio currat? Commendatur cautio quaedam.

* Allegat Küstnerus l. c. sententiam scabina-tus Lipsiensis, qua d. 1. Maii 1709. pronunciatum fuerat, dass Beklagter auf die erhobene Wechsel-

sel-Klage sich einzulassen nicht schuldig. In sententiis uero dubiis semper suadendum est, ut tutior eligatur.

§. XXXVIII.

Huic rescripto renuntiari a debitore an possit?

Ceterum debitor huius modi consequutus rescriptum optionem adhuc habet, eo rescripto uti, an bonis cedere, an uero soluere malit. Aliquando enim eius modi rescripto sese muniunt debitores, qui malam debitorum suorum fidem metuunt, deinde uero, ubi hi praeter expectationem soluunt, rescripto moratorio renuntiant. Vid. Zoefius *ad tit. D. de cess. bonor. n. 25.*

§. XXXX.

An et creditores debitori suo inducias concedere possint?

Aliquando non princeps, sed ipsi creditores inducias debitori suo concedunt, quod eos facere posse eo minus dubium est, quo magis unicuique licet, debitori suo pusillum laxamenti dare. Pluribus tamen creditoribus existentibus res redit ad pluralitatem suffragiorum*.

* Quod tamen ad pluralitatem suffragiorum attinet, suffragia non tam numeranda, quam ponderanda sunt, ita scilicet, ut simul ratio habeatur summarum debitarum. Hinc iniquum esset, si plures, quibus paucissima debentur, praecidium facere uellent paucioribus, quibus summa maxima debetur.

§. XXXXI.

§. XXXI.

Vbi res ad ipsum concursum redit, creditores cambiales aequae, ac reliqui, credita sua in termino liquidationis profiteri, productisque cambialibus litteris demonstrare tenentur. Eas litteras contradictor deinde uel agnoscit, saluis tamen exceptionibus, uel iurato diffitetur*.

Moto concursu creditoribus cambialibus quid faciendum?

* Formula, qua utitur creditor cambialis, talis esse solet: *es erscheinet in Termino Liquidationis Iohann Heinrich Schaefer, produciret einen von Liquidato, Christian Friederich Trauringer, acceptirten Wechsel à 200. Rthlr. vom 8. Jan. 1738. welcher den 2. August 1738. bezahlet werden sollen, erwartet vom Herrn Contradictor dessen Recognition, und bittet hiernächst, dass ihm die darinnen enthaltene Wechsel-Summe à 200. Rthlr. nebst Wieder-Wechsel, Provision, Courtage, und Unkosten aus des Liquidati Vermögen bezahlet, und er desfalls loco competente classificiret werden möge.*

§. XXXII.

Cambio semel ad liquidum perducto, concursus succedit in locum debitoris communis, adeoque ad eadem omnia tenetur, quae a debitore, si soluendo esset, praestari deberent. Attamen id ueluti praecipuum habent creditores cambiales, quod inuiti consentire non teneantur, si reliqui debitori communi inducias concedere, uel aliquid remittere, uelint*. Vid. Q. Septim. Florent. Riuini *Enunciata iur. ad ordinat. process. Saxonico-electoral. tit. 41. enunc. 12. et 14.*

Cambio ad liquidum perducto concursus succedit in locum debitoris communis.

Heinecc. *Elem. iur. camb*

G

* Sunt

* Sunt tamen quaedam leges cambiales, quae creditoribus cambialibus ius contradicendi non indulgent, si duae partes reliquorum creditorum in remissionem uel inducias consentiant. Tales sunt leges cambiales *Austriac. art. 53. et Brunsvic. art. 57.*

§. XXXIII.

Creditoribus cambiales in quam classe concurrant?

Quod ad prioritatem attinet, creditores cambiales pro chirographariis habentur, adeoque in dubio pro rata in postrema classe concurrunt, nisi quod Bulfani et in quibusdam aliis locis ciues peregrinis, et cambialia istarum feriarum, in quibus debitor foro cessit, aliis antiquioribus praeferuntur*.

* In nouissima *O. C. Brandenburg. art. 56.* haec occurrunt: *den Fremden soll bey Concurfibus gleiches Recht, vwie den Einheimischen, administriret vwerden: es vväre denn, dass unsere Unterthanen an fremden Orten härter, als Iene in unserem Lande, tractiret vvürden, vv welchen Falls die Fremden Ursache haben zufrieden zu seyn, dass sie in unsern Landen auf eben die Weise, vwie denen unserigen bey ihnen geschiehet, tractiret und angesehen vwerden.*

§. XXXIII.

Alicubi tamen chirographariis praeferuntur.

Quamuis uero regulariter creditores cambiales chirographariis aequiparentur: in Austria tamen, Vratislaviae, Dantisci, nec non in terris Prussicis, si cambialia sint propria, in quarta classe collocantur*. *Vid. Ord. hypoth. et concurs. Brandenburg. art. 197.*

* Nec interest, utrum hypotheca constituta sit in cambio, an non, quippe quae in his prouinciis nullius momenti est. Hinc potentissimus

simus legislator in Ord. hypoth. et concurs. §. 197^a zu der vierten Classe gehören - - die auf sich selbst gegebene Wechsel-Briefe, mit oder ohne Hypothek des Vermögens, als vvorunter nach Anleitung unseres Wechsel-Rechts art. 37. kein Unterschied zu machen. Aliud obtinet iure Saxonico, ubi tamen hypotheca tantum mobilia adficit.

§. XXXV.

Mediolani litterarum cambialium possessoribus tacita hypotheca tribuitur, teste Nicolao de Passerib. de scriptur. priuat. lib. III. tit. de litter. cambial. quaest. 2. num. 7. pag. 247. Quod et in Gallia obtinet, si huius modi litteris proxeneta subscripserit. Vid. Sauary in Negotiat. perfect. part. I. lib. III. pag. 247. In Suecia et ducatu Brunsvicensi creditores cambiales omnibus generalibus hypothecariis praeferuntur. Vid. O. C. Suecic. art. 26. et

Brunsvic. art. §4.





CAPVT VII.

DE

PROCESSV CAMBIALI.



SECTIO I.

DE

FORO COMPETENTE ET ACTIONIS
LIBELLO.

§. I.

*Orta lite
multi in alios
compromit-
tere solent.*

Orta super cambio lite saepe a forensi disceptatione adeo nonnulli abhorrent, ut compromittere malint in decisionem* uel Icti, quod *responsum*, uel amicorum, quod *laudum*, uel denique mercatorum, siue singulorum, siue totius collegii, quod *parere* uocatur.

* Ipsae leges cambiales huius modi compromissa suadent. O. sane C. Brandenburg. art. 53. cauetur: *vvürden in Wechsel- oder andern Handels-Sachen sich einige Differenzien ereignen, bleibt denen Contrahenten und Interessenten unbenommen, entweder durch ein Compromiss die Sache zu endigen, oder sie mögen zur Verhütung aller Weitläufigkeit unpartheyische Kaufleute zu Commissarien eruehlen, und per amicabilem Compositionem sich vereinigen, vvozu aber niemand gezwungen vverden soll.*

§. II.

§. II.

Huic arbitrio tunc standum esse, uel ex *Commenda-
tur cautio
quaedam.* ipso iure communi notum est, *l. 5. C. de recept.
arbitr.* ex qua lege etiam discimus, adpella-
tioni tunc non esse locum. *l. 27. §. 2. D. eod.*
Attamen quum exsequendi facultate destituan-
tur arbitri: consultissimum erit, et hoc casu
compromittentes sibi inuicem poenam con-
ventionalem stipulari, ab eo, qui non paruerit
arbitrio, soluendam *.

* Hac uero poena conuentionali magis opus
est, si reus condemnetur, quam si absoluatur.
Posteriore enim casu reus exceptione laudi se
tuetur: priore autem uix locus est ulli medio
exsequendi, sed tantum actione ex stipulatu
ad poenam conuentionalem consequendam.

§. III.

Quia etiam paullo rigidior est litigandi mo- *Praestita
cautione
breues con-
cedi solent
induciae.* dus, qui in caussis cambialibus obtinet: non
raro ipsa humanitas suadet, ut creditor non
illico arma ueluti corripit, sed potius breues
concedat inducias, praestita tamen idonea
de soluendo cautione *.

* Quum uero haec sit insignis creditoris hu-
manitas: aequum uidetur, illam creditori non
esse damnosam, adeoque hunc merito exigere
usuras ob moram a debitore commissam, ma-
xime ob *R. I. a. 1600. §. so viel nun.*

§. III.

Vbi res ita ad liquidum perducere non po- *Quodnam sit
forum com-
petens?* test, nihil superest, quam ut iudex adeatur.

Tunc uero primo omnium quaeritur, quodnam sit forum competens? Alibi enim actio institui non potest, nisi uel debitor in fuga*, uel ultro sese obligarit ad solutionem, ubicumque deprehendatur, praestandam.

* Nec tamen confundendi sunt fugitiui cum iis, qui ex iusta causa iter per provincias quasdam suscipiunt. Quamuis enim de his olim disposuerit O. C. *Marchic. a. 1709 §. 40. vvenn ein Fremder an Iemand unserer Untertanen einen Wechsel ausstellet, und die Zahlung bey der Verfall-Zeit nicht gethan, mag solcher Fremder, vvenn er sich nachhero in unseren Landen betreffen liesse, solcher Wechsel-Schuld halber, iedoch auf des Creditors Gefahr, mit Personal-Arrest belegt vverden.* Ea uero dispositio exorbitans in nouissimis legibus cambialibus Prussicis merito omissa est.

§. V.

Forum
competens
est uel gene-
rale, uel spe-
ciale. Ubi-
nam genera-
le?

Forum uero competens est uel speciale, uel generale, quod quisque siue domicilii ratione, siue ex priuilegio agnoscit. Vnde ciuis coram magistratu oppidano, nobilis in curia suprema, uel, si regimini immediate non est subiectus, coram praefecto est conueniendus*.

* Attamen, quod ad nobiles attinet, in Saxonia electorali iudicium est delegatum, quod constituunt praefectus circuli et delegati e senatu Lipsiensi, quod collegium ui perpetuae commissionis causas nobilium personales tractare solet.

§. VI.

Et speciale?

Speciale est forum contractus, quod quisque eo loco fortitur, ubi uel contracta est cambialis obligatio, l. 2. l. 3. *D. de reb. auctor. iudic. possid.*

possid. uel ubi praestanda est solutio, l. 21. D. *de obligat. et act.* modo utroque casu reum ibi deprehendat citatio. c. 1. *de for. compet. in 6.* Aliquando et foro arresti * locus est. Conf. Ludouic. in *Introduc. in process. camb. cap. 5. §. 12.*

* Quod de arresto diximus, id de personali tantum est intelligendum. Reali uero omnino locus est, modo eo non obstringantur pecuniae aliunde ad nundinas missae, et litterae cambiales, super quibus protestatio interposita est. Hinc mercatores dicere solent, *Mess-Gelder und protestirte Wechsel können nicht arrestiret werden.*

§. VII.

Quin aliquando singulare forum * causis cambialibus destinarunt principes, cuius tunc tam absoluta est iuris dictio, ut in eo conuenti non gaudeant priuilegio uel exceptione primae instantiae. *Aliquando forum singulare his causis destinatum.*

* Tale forum specialissimum est Viennae, ubi constitutum est singulare iudicium (*das Wechsel-Gericht*), cuius ordinationem edidit Koenigk. in *Adpend. ad O. C. Lips.* (apud Siegel in *Corp. iur. camb. tom. 1. pag. 164. sqq.*) Huius tam absoluta est iuris dictio, ut ne personae quidem miserabiles prouocare possint ad supremum iudicium.

§. VIII.

Primum itaque, a quo initium capit lis cambialis, est libellus, isque summarius: unde actor implorans, reus imploratus uocari solet. *Quid in libello, qui hic summarius est, praecipue obseruandum?* Praecipue uero in libello eius modi non omit-

tendum est, diem solutionis iam uenisse, reumque interpellatum ultro non praestitisse solutionem*.

* Ratio uero, cur haec circumstantiae in libello adcurate exprimendae, haec est, quod alias reo in promptu sit exceptio pluris petitionis: plus enim petit, qui iusto citius petit. Tunc uero praesumtari solet, *dass die Klage noch zur Zeit nicht statt finde, mitbin Implorant die verursachte Unkosten, nach vorbergehender Liquidation und deren richterlichen Ermässigung, Imploraten zu erstatten schuldig.*

§. VIII.

Actio et scriptis, et ore prolatis uerbis institui potest. Plures an liceat cumulare?

Perinde uero est, scriptum libellum quis offerre, an actionem uerbis ore prolatis instituire malit: quamuis prius et frequentius fiat, et multo sit commodius. Nec interest, ex pluribus negotiis cambialibus agatur, an ex unico tantum. Quod adeo uerum est, ut et in Saxonia plures, quam tres, actiones cambiales possint cumulari*. Vid. *Ord. mercat. Lips.* §. 5. et 6.

* Quamuis uero plures actiones cambiales possint cumulari: inepta tamen futura esset cumulatio actionum cambialium et aliarum, quae processum ordinarium exigunt, e. gr. si quis simul ex emto et ex cambio agere uelit. Tunc enim uitari non posset summa in modo procedendi confusio.

§. X.

Quaenam documenta libello adiicienda?

Libello adiiciendae sunt litterae cambiales, ex quibus agitur: immo si ex trassato cambio actio instituitur, iungendum quoque est

est protestationis interpositae instrumentum, et quidquid ad factum in continenti probandum facit*. Quorum omnium demum petenda est recognitio, uel diffessio iurata.

* Immo in cambiis trassatis non solum agitur ad summam debitam soluendam, uerum etiam ad refarciendum damnum, e. gr. *Wieder Wechsel, Schäden, und Unkosten*. Ne ergo hic processu ordinario opus sit, libello statim adiungendae sunt apochae, (*die Quittungen*), nec non schedulae, quas uocant *die Cours-Zettels*, ut statim totum factum iudici ob oculos ponatur.

§. XI.

Denique subiungitur petitum, non solum ^{Quale petitum?} ad solutionem praestandam dirigendum, uerum etiam ad reum non soluentem arresto personali constringendum. Formula talis esse solet: *bitte in Rechten zu erkennen und auszusprechen, dass Implorat die im Wechsel-Briefe enthaltene Summe, nebst allen Unkosten, bey Vermeidung Personal-Arrests, Imploranten zu bezahlen schuldig* *.

* Non ergo sufficit, actorem uti uerbis, *bey Vermeidung der Execution*; ea enim ad processum executiuum tantum pertinent, sed adhibenda sunt uerba, *bey Vermeidung Personal-Arrestes*, uel, *bey Vermeidung der Wechsel-Execution*, uel denique, *nach Wechsel-Recht*. His ipsis enim processus cambialis ab executiuo differt.

§. XII.

Aliquando et locus ex legibus cambialis- ^{Num locus ex lege cambiali adinet, endu?} bus decerptus, qui ad praesentem casum per-

Quomodo
ex cambio
proprio
agendum?

tinet, libello adiungitur; sed id additamentum plane superuacuum est, quia ius curiae notum iam esse praesumitur. Sufficit et hic, si ex cambio proprio agitur brevis facti narratio, agendi fundamentum, et petitum facto congruum.

§. XIII.


Quaenam
documenta
alias libello
adiicienda.

Plures uero circumstantiae inferi debent libellis, quibus cambia trassata persequimur. His enim adiungenda quoque est protestatio, seu instrumentum notarii super illa factum, itemque *der Cours-Zettel*, nec non apochae, quibus probatur, impensas eam in rem factas esse. Quorum documentorum omnium accurata designatio praemittenda est ipsis documentorum exemplis.

§. XIII.

Quo facto
iudex cita-
tionem de-
cernit.

Huius modi libellus iudici offertur, qui diem, quo oblatus est, uel in fronte, uel in dorso adscribit, e. gr. *praes. den 12. Nov. 1738.* et citationem statim decernit, formula: *citetur reus ad recognoscendum uel iurato diffitendum auf künftigen 18. Jan. 1739.* In Saxonia uero libello simul adiungendae sunt litterae supplices pro impetranda citatione, quas libellum citationis uocare solent.



S E C T I O II.

DE

CITATIONE ET TERMINO RE-
COGNITIONIS.

§. I.

Oblato libello iudex decernit citationem, *Citatio quomodo fiat?* quae plerumque sine scripto fit per adparitorem, reum paucis certiore redditurum, qua de re actio aduersus illum fit instituta. Haec citatio, perinde ac scripta, omnes citationis sollemnis habet effectus, dummodo de ea facta ad iudicem referat adparitor, deque ea notitia ad acta scripta sit.

§. II.

In eius modi citatione non obseruatur dilatio legitima, sed reus aliquando postridie, *Singularia huius citationis.* aliquando post biduum uel triduum adesse iubetur, nec reo indulgetur exceptio termini nimis angusti*. Si tamen a curia suprema decernatur citatio, et reus a loco iudicii absit: plerumque spatium laxius, ueluti quatuordecim dierum, conceditur.

* Inprimis uero cauendum est iudici, ne sine iusta causa et fugae suspicione illico et ante recognitionem cambii prehensionem corporis decernat. Verendum enim ipsi esset, ne postea a reo iniuriarum conueniatur, si praeceptum huius modi decretum emiserit.

§. III.

§. III.

Quid si reus
non compa-
reat?

Non comparentem reum auctor accusat contumaciae, expensarum restitutionem repetit, reumque denuo citari petit sub poena recogniti. Citationi etiam tunc inferi solet clausula: *bey Vermeidung anderer Anordnung*; et tunc reus, si in nouo termino iterum emanferit, in carcerem rapitur. Vid. Riwin. in *Enunciat. iur. tit. 25. enunciat. 20.*

§. IIII.

Quid si reus
in contuma-
cia perseue-
ret?

Reo perseuerante in contumacia, auctor illam more consueto accusat, et decretum in contumaciam publicari petit, quod iudex ipsi denegare non potest, modo, citationis infinitionem rite esse factam, possit demonstrare.

§. V.

Comparente
reo auctoris
partes.

Comparente reo, auctor, uel eius mandatararius, (nam, ex parte auctoris procuratorem admitti, nemo dubitat), actionem suam repetit, et reum ad recognoscendum prouocat, quod plerisque locis uerbis ore prolatis fieri solet, uel, uti Saxones loquuntur, *von Mund aus in die Feder.*

§. VI.

Exceptiones
dilatatoriae
an et quae-
nam a reo
possint oppo-
ni?

Reus plerumque uariis oppositis exceptionibus dilatoriis recognitionem a se amoliri conatur: sed istae uariis legibus cambialibus pla-
ne

ne prohibitaе sunt, ueluti *Brunsuic. art. 2.*
Brandenburg. art. 11. Eae tamen exceptiones,
 quae ad substantiam processus pertinent, ue-
 luti omiffae citationis, legitimationis ad causam,
 iudicis incompetentis, praeuentionis, indulti
 moratorii, merito admittuntur.

§. VII.

Si exceptionibus dilatoriis destituitur reus, uel *Peremptorias*
 in iis nihil ponit fiduciae, statim subiungit re- *in continenti*
 cognitionem, eique adnectit exceptionem *liquidam re-*
 peremtoriam, modo illam in continenti pos- *cte opponit*
 sit bare. *reus.*

§. VIII.

Tales exceptiones peremptoriae admittun- *Eas an iuris*
 tur omnes, quae in continenti sunt liquidae, *iurandi de-*
 et instrumento gaurentigiato statim probari *lacione ad*
 possunt. Sed quaeritur, an non iuris iurandi *liquidum*
 delatione eius modi exceptio in continenti ad *perducere*
 liquidum perduci possit? Idque pragmatici *possit?*
 ideo negant, quod penes eum, cui delatum
 sit iusiurandum, arbitrium est uel iurandi, uel
 illud deferendi, uel probationibus exonerandi
 conscientiam.

* In plerisque tamen foris iuris iurandi de-
 latio hoc casu non est recepta: quamuis per-
 mittatur reo, ut, deposita in iudicio summa
 cambiali, exceptionem suam reconueniendo ur-
 geat. Quo casu processui ordinario locum ef-
 se, nemo negauerit.

§. VIII.

§. VIII.

Reus ad codicem quidem actoris, non uero suum, prouocare potest.

Multo minus reus exceptionem probaturus ad codicem suum prouocare potest: id enim priuilegium mercatores tantum exercent aduersus debitores, non aduersus creditores suos. At si reus prouocet ad actoris codicem, omnino audiendus est: et tunc confessio actoris regina omnium probationum habetur. Praeiudicium habes apud Ludouic. in *Introduct. in process. cambial. cap. 11. §. 67**.

* Hic tamen cauendum, ne pro codice primario producat^rur diarium, quod uocant *die Kladde*: illud enim, quia nullo ordine conscribitur, nec plenam, nec semiplenam probationem facit.

§. X.

Quid si reus recognitionem litterarum cambialium detrectet simpliciter?

Saepe etiam contingit, ut reus agnitionem litterarum cambialium detrectet, seque ad eas abiurandas paratum esse ostendat: quo casu ad prouocationem actoris respondere solet.

§. XI.

De reo subscriptionem agnoscente, litteras uero cambiales negante.

Quid si subscriptionem agnoscat reus, ipsas uero litteras a se uel iussu suo scriptas neget? Tunc dispiciendum, an in continenti probari possit, litteras blancas, quas uocant, ab alio in alium usum adhibitas fuisse, an uero tale quid in continenti probare nequeat. Priore enim casu eius modi diffessio admittitur: non posteriore.

§. XII.

§. XII.

Alias in processu ordinario diffessio iurata *Diffessio iurata an impediri possit?* impediri potest recognitione per testes facta, aut instituta litterarum comparatione. Sed quum utrumque remedium non impediatur, quominus exceptio sit altioris indaginis: id in cambialis non admittitur. Vid. Schwendendoerff. *ad Fibig. Process. pag. 739.* Praestita tamen solutione per modum reconventionis hanc exceptionem omnino urgere potest. Vid. *Me. vii Decis. part. VI. decis. 278.*

§. XIII.

Quemadmodum in aliis processibus actor replicatione, reus duplicatione aduersarii allegationes elidere conatur: ita et in disceptatione causarum cambialium idem observatur. *An et replicationi duplicationi-que locus sit?* Nec plures temere admittuntur allegationes, etiam si reus in duplicatione noua attulerit *.

* Aliquando tamen extra has prouincias ob noua in duplicatione prolata decernitur rescissio conclusionis.

§. XIII.

Praeterea quum in hac causarum cambialium disceptatione nulla admittatur exceptio, nisi quae in continenti liquido probari possit: facile patet, ne ea quidem, quae replicando uel duplicando proferuntur, altioris indaginis esse debere. *Multo minus hic admittuntur, quae altioris indaginis sunt.*

§. XV.

§. XV.

*Ante publicationem
sententiae
et post causam
conclusam an
adferre
quidquam liceat?*

Iam ergo nihil superest, quam sententia definitiva. Antequam uero illa publicetur, partes plerumque ea, quae sibi profutura existimant, ad acta offerunt, ueluti responsa Actorum; mercatorumque, quae parere uocant. Tunc illa iudex, contradicente licet altera parte, ad acta admittere non dubitabit *.

* Plerumque pars aduersa quam maxime reclamatur, et post conclusionem in causa aliquid ad acta admittendum esse negat. Tunc uero iudex istius disceptationis finiendae causa discernere solet, referentis esse, dispicere, an, et quatenus in sententia dicenda eorum ratio sit habenda, uel non.

S E C T I O III.

DE

SENTENTIA DEFINITIVA.

§. I.

*Sententia
quando ferenda?*

Causa conclusa, ferenda est sententia. Plerumque in ipso termino; rarius, et non nisi, si causa admodum perplexa sit, post aliquot dies fertur: quo casu citatione opus est ad audiendam sententiam *.

* Aliquando tamen loco citationis huius ipsum iudicis decretum esse solet.

§. II.

§. II.

Ordinarie ipse iudex, sicuti in aliis causis, *A quo?*
 quae celerrimae expeditionis sunt, pronunciat:
 nisi quod Lipsiae iudicio mercatorio permit-
 titur, ut acta ad scabinatum transmittat, qui
 tunc in continenti, et ante, quam partes
 discedant, sententiam concipere tenetur.

§. III.

Si decreta est actorum transmissio, adii- *Circa trans-*
 ciuntur litterae requisitoriae, quibus facultas *missionem*
 uel scabinatus rogatur, ut sententiam conci- *actorum et*
 piat, et acta mox remittat: ubi simul indican- *publicatio-*
 dum est, iudicis, an facultatis uel scabinatus *nem senten-*
 nomine pronuntiandum sit. Remissa senten- *tiae quid ser-*
 tia, praeuia ad eam audiendam citatione, mox *uandum?*
 publicatur, sigillo prius recognito.

§. IIII.

Formulae pronuntiandi pro diuersitate ca- *Formulae*
 suum admodum uariae sunt. Aut enim in *pronuntiandi*
 primo statim termino uadimonium sistit reus, *di pro ca-*
 aut citationi non obtemperat. Posteriore ca- *suum diuer-*
 su in his prouinciis prima statim citatio pro *sitate uar-*
 peremptoria habetur: alibi noua et praeiudi- *riae.*
 cialis decernitur*.

* In his ergo prouinciis prima statim senten-
 tia in contumaciam rei est condemnatoria, alibi
 uero, si reus uadimonium deserit, noua cita-
 tio sub poena recogniti decernitur, reusque
 condemnatur in expensas.

§. V.

*Quid si reus
ne in nouo
quidem se si-
jrat termi-
no?*

Si ne sic quidem in nouo termino si sistat reus, non modo personae adprehensio decerni potest, uerum etiam in ipso termino, praeuia contumaciae accusatione, sententia fertur, cambium iam pro recognito habendum, reumue impensas soluere teneri.

§. VI.

*Qualis sen-
tentia fora-
tur, si reus
cambium re-
cognoscat?*

Sistens se reus aut recognoscit cambium, aut illud abiurat, aut neutrum facit. Si recognoscit, simulque illud cambium exceptione in continenti liquida elidit, absoluitur: si opposita ab eo exceptio altioris indaginis est, condemnatur, reseruata tamen reconuentione.

§. VII.

*Et quae-
nam, si ab-
iuret?*

Si quis cambium, permittente iudice, abiurarit, itidem sequitur sententia absolutoria, quae tamen a superiore in eo differt, quod et alia decidendi ratio inseritur, et impensae ordinarie compensantur.

§. VIII.

*Quid si re-
cognitionem
uel diffessio-
nem iuratam
reus ex fri-
uolis causis
detrectet?*

Denique si recognitionem et diffessionem iuratam reus ex friuolis plane causis detrectet, et exceptionibus tantum dilatoriis utatur: hae per sententiam reiiciuntur, nouus,isque breuissimus, terminus sub poena re-
cogni-

cogniti praefigitur, et reus in impensas condemnatur.

§. VIII.

Impensae, de quibus simul pronuntiatur, duorum generum sunt: uel *iudiciales*, quae iudici, actuario, adparitoribus soluuntur, (*die Gerichts-Sporteln*), quae quia statim soluendae sunt, etiam uocantur *baarer Verlag*, ac proinde integrae, et sine moderatione sunt praestandae; uel *extraiudiciales*, quae aduocatis solutae, uel in iter factae sunt. Hae semper indigent iudicis moderatione, cuius fundamentum est cuiusuis iudicii lex sportularia (*die Tax- und Sportel-Ordnung*).

Impensae iudiciales et extraiudiciales:



SECTIO III.

DE

REMEDIIS CONTRA SENTENTIAM GRAVANTEM.

§. I.

Qui sententiam aliquam sibi iniquiorem esse putat, is in causis tantum non omnibus remediis tum suspensiuis, tum deuolutiuis, uti potest. At in cambialibus causis huius modi remedia difficiliter, et non, nisi ea lege, admittuntur, ut uel reus condemnatus in custodia maneat, iudicatum uel soluat, uel deponat, et certam pecuniae summam in casum, si succubuerit, realiter deponat*.

Contra sententiam gravantem remedia admittuntur, sed sub certa lege.

* *O. C. Brandenburg. art. 59.* haec remedia non admittit, nisi iis casibus, qui nondum lege ista sunt decisi, summaque deponenda est in iudiciis supremis 50. in inferioribus uero 30. thalerorum. Idem statuitur in *O. C. Brunswic. art. 58.* nisi quod ibidem, si summa sit centum thalerorum, quinque sunt deponendi, (*5. pro Cent*), cet. Ibidem in nundinis singulare constituitur iudicium adpellationis in causis cambialibus, de quo uid. Ludouic. in *Introducl. in process. camb. cap. 13. §. 5.*

§. II.

An illa habeant effectum suspensiuum?

Ne autem huius modi remediis *illis* data opera protrahatur, legibus cautum est, ne illa effectum habeant suspensiuum, nec impediant exsequutionem. Si ergo reus soluendo est, pecunia ipsi per exsequutionem extorquetur, et uel uictori numeratur, si is idoneam cautionem praestet, uel, si id facere nequeat, in iudicio deponitur. Reus uero, qui soluendo non est, carceri mancipatur.

§. III.

Adpellatio quandonam interponenda?

Si ergo adpellatio interponitur, id Brunswici fieri debet in continenti uel stante pede: alibi sufficit, si intra decendium interponatur, quod fit oblata scheda adpellationis, in qua mentio fit 1) *sententiae grauantis*, 2) *grauaminis*, quibus 3) subiicitur *petitum*, ut adpellationi deferatur, et apostoli reuerentiales tradantur.

§. IIII.

Iudex adpellationi deferens refutatorios

Si defertur adpellationi, plerumque non apostoli reuerentiales, sed refutatorii decernuntur,

nuntur, quibus grauamina adpellantis breuiter refutantur, et subiicitur petitum, ut friuole interposita adpellatio reiiciatur, actaque simul transmissa * ad iudicem prioris instantiae propediem remittantur.

plerumque dare solet apostolos.

* Acta alias ad iudicem superiorem non transmittuntur, nisi acceptis compulsorialibus. Immo ne tunc quidem ubique transmittuntur acta originalia, sed exemplum ex illis descriptum. At in causis cambialibus, ubi merito omnis mora abrumpitur, ipsa acta authentica statim transmittenda sunt.

§. V.

Acceptis apostolis, intra constitutum tempus introducenda est adpellatio apud superiorem iudicem, quod fit oblatis 1) sententia, 2) schedula adpellationis, 3) apostolis, 4) actis prioris instantiae, 5) subiuncto petito, ut processus adpellatorii decernantur, terminusque praefigatur ad iustificandum.

Adpellatio quando et quomodo introducenda?

§. VI.

Introduc[t]a adpellatione iudex superior grauamina expendit, et collatis prioris instantiae actis disquirat, sintne illa alicuius ponderis, an plane friuola. Priore casu, si alicuius ponderis uidentur grauamina, citatio ad adpellatum decernitur, terminusque praefigatur ad iustificandum, simul uero inhibitoriales, et,

Introduc[t]a adpellatione iudicis superioris officium?

si acta nondum transmissa sint, compulsoriales ad iudicem inferiorem expediuntur. Posteriore uero casu, interposito decreto, appellatio statim reiicitur, et acta ad iudicem prioris instantiae remittuntur.

§. VII.

In termino iustificationis quomodo procedatur?

In termino iustificationis partes plerumque sine scriptis, et tantum *von Mund aus in die Feder* procedere solent, nisi uel ipsae inter se aliter compromiserint, uel iudex, ob difficultatem causae, singulis duo scripta ad acta offerenda permittat. Ceterum iustificatio fieri debet non solum materialium, uerum etiam formalium.

§. VIII.

Adpellatus huic iustificationi opponit exceptiones.

Huic iustificationi adpellatus opponit exceptiones, quibus tam formalia, quam materialia oppugnat. Si uero circa formalia nihil neglectum esse animaduertit, rem omnem committit iudicis arbitrio, et materialibus potissimum inhaeret.

§. VIII.

Sequuntur replicationes et duplicationes.

Et adpellati exceptiones adpellans replicando elidere, replicationes uero adpellantis adpellatus duplicando euertere studet: ubi de nouo adpellans formalia aequae, ac materialia, in tuto collocare, adpellatus uero eadem quouis modo profligare conatur.

§. X.

§. X.

Iam nihil superest, quam sententia, quae *Sententia*
 super formalibus aequae, ac materialibus, et *quomodo fe-*
 super expensis litis est ferenda. Si quid ne- *renda?*
 glectum est in formalibus, non opus est pro-
 nunciari de materialibus: si uero dubia sunt
 formalia, de materialibus simul pronuntiatur,
 si ita sint comparata, ut prior sententia con-
 firmata uideatur. Si super materialibus pro-
 nuntiandum, prior sententia aut confirmatur,
 aut reformatur, aut additis detractisque qui-
 busdam declaratur.

§. XI.

Ab adpellatione, quod ad modum disce- *Quid circa*
 ptandi attinet, parum discrepant leuteratio, *reliqua re-*
 supplicatio, restitutio in integrum, reuifio, *media sus-*
 ceteraque remedia suspensiuua, nisi quod hic *penfua ob-*
 cessant introductio et apostoli. Interponun- *seruandum?*
 tur itaque haec remedia intra decendum, si-
 mulque petitur terminus ad profequendum.
 Tunc eadem omnia fiunt, quae in adpellatio-
 ne*, actaque plerumque transmittuntur ad col-
 legium iuridicum.

* Quaecumque uero circa adpellationem iu-
 sta sunt, eadem et in leutatione, et in reli-
 quis remediis obseruantur. His leuterantibus
 competit beneficium, *nondum deducta deducam,*
nondum probata probabo. Leuterantibus quoque
 leuteratio communis, ut adpellantibus adpella-
 tio, et hinc pars aduersa eidem adhaerere
 semper potest. Quo casu exordium sententiae
 est: *auf eingevvandte Leuterung, deren Adhaesion*
 und

*und Prosecution, auch erfolgte Gesätze in Sachen
Carl Siegmund Brunners et.*

§. XII.

*Cautio com-
mendatur.*

Sed quum, uti iam diximus, huius modi remedia cambialibus caussis difficilius concedantur, eaque exsequutionem non impediunt, multo rectius sibi consulunt rei, qui summam statim solvunt, eoque facto reiectam exceptionem per modum reconventionis * proponunt. Tunc enim locus est processui ordinario, eoque reus recuperare potest summam solutam, si exceptionem antea reiectam probare possit.

* Non autem locus est reconventioni prius, quam sententiae per solutionem fuerit satis factum, vel certis casibus summa iudicialiter saltem deposita: quod tunc demum fit, si actor praestare haud potuerit cautionem pro reconventionem et expensis.

XIII.

*Reus solvens
pecuniae de-
positionem
an et quan-
do petere
possit?*

Quum vero conuentio et reconuentio simultaneo processu hic non expediantur, et periculum sit, ne actor peregrinus pecunia potitus forum rei fugiat: reus solvens recte pecuniae in iudicio depositionem petit, donec aduersarius satis dederit, qui bona immobilia nulla in foro illo possidet.

§. XIII.

*Exsequutio
rei iudica-
tae quomodo
fit?*

Exsequutio rei iudicatae in caussis cambialibus fit 1) per adprehensionem personae. Dein-

Deinde uero, quia saepe haec custodia auctori aequae molesta esse solet, ac reo, 2) per immisionem in bona, eorumque distractionem. Quo casu primum ad mobilia, deinde, si haec non sufficiant, ad immobilia, ac demum ad iura et actiones deuenitur.

* Ceterum hic duo obseruanda sunt, 1) reos hic non in tales detrudendos esse carceres, qui facinorosis destinati sunt hominibus, sed loco honesto custodiendos, 2) in subhastatione bonorum secundum *Ord. mercat. Lips. §. 21.* non necesse esse, ut obseruentur termini ordinarii *einer Sächsischen Frist*, sed sufficere breuiores, ueluti quatuordecim dierum.






INDEX I.
CAPITVM.

- I.** *De iure cambiali in genere, eiusue origine.*
- II.** *De cambio generatim, uariisque eius generibus.*
- III.** *De contractibus cambialibus.*
- IIII.** *De litteris cambialibus, earumque cursu.*
- V.** *De personis cambiantibus.*
- VI.** *De obligatione et actione cambiali.*
- VII.** *De processu cambiali.*
- Seç.** *I. de foro competente, et actionis libello.*
II. de citatione et termino recognitionis.
III. de sententia definitiua.
IIII. de remediis contra sententias grauantes.





INDEX II.

RERVM.

- A**bdicatione an quis liberetur, si fines officii excesserit? 6, 35.
- Acceptans* quis? 1, 4. * an substituere possit? 4, 14.
- Acceptatio* quibus uerbis fieri debeat? 4, 26. an et tacite fieri possit? 4, 28.
- Acceptatio in honorem litterarum* quaenam dicatur? 2, 16. quando fieri possit? 2, 16.
- Acceptatio pura uel conditionata.* Circa eas quid iustum? 4, 27.
- Acceptationis* factae effectus 4, 38.
- Actio* num contra acceptantem in honorem litterarum detur? 6, 9. num contra fideiussores? 6, 10. num uerbis ore prolatis, an uero scriptis institui debeat? 7, 1, 9.
- Actione* cambiali praesentans an et quando teneatur? 6, 8.
- Actiones*, uide. *obligationes*.
- Adresse* quid? 3, 31.
- Adsignatio* quid? 3, 20. in quonam a cambio differat? 3, 21. et a delegatione? 3, 25. quid in ea obseruandum? 3, 23. quot personae in ea occurrant? 3, 22.
- Aduisoriae litterae* 3, 13. circa eas quid obseruandum? 4, 16.
- Aduiso* quid? 4, 13.
- Amissio* litterarum cambialium num debitum cambiale nullum faciat? 6, 11.
- Anni* mentio num in cambiis necessaria, et quare? 4, 5.
- Appellatio* quando nam interponenda? 7, 4, 3. quando et quomodo introducenda? 7, 4, 5. ea facta quale iudicis superioris officium? 7, 4, 6.
- Argentarii* qui? 1, 3. num iidem, qui nummularii? 1, 3, **
- Argenti* distractores ac uenditores quinam dicantur? 1, 5.
- Arrestum* num in cambiis locum habeat? 3, 24.
- Auallum* quid? 3, 26. differt ab obligatione correali. 3, 27. num processu cambiali conueniri possit, qui eo sese obstrinxit? 3, 28. num pro omnibus personis in cambio obuenientibus fieri possit? 3, 29.
- Bianco*. Indossamenta in bianco quae? 2, 11.
- Cambia* Romanis an cognita? 1, 7. num praeferenda chirographis? 2, 3. num possint indossari? *ibid.* plura cur dari soleant, et quando? 2, 17. 18. num in creditorum concursu chirographariis creditoribus praeferantur? 6, 14.
- Cambiare* quinam possint? 5, 1. num principes imperii, comites? 5, 2.

- Cambii partes.* 4, 2. proprii singularia. 2, 4. 5. cambii et recambii nomine quid ueniat? 4, 45.
- Cambium nostrum num commune quid habeat cum permutatione antiqua nummorum?* 1, 4. locale num ueteribus cognitum? 1, 6. 7. locale, mercantile, reale, manuale, traiecitium. 1, 5.
- Cambium pro litteris cambialibus sumtum quid?* 1, 9. pro cambiali negotio? *ibid.* ex uariis contractibus est conflatum. 1, 9.
- Cambium pro computo alieno* 2, 19. indossatum et non indossatum 2, 7. interimisticum. 2, 19. fiscum, 2, 20. unde ortum? *ibid.*
- Campsor qui?* 1, 3.
- Cessio an quandoque necessaria?* 2, 8. quotuplici modo fiat? 2, 10.
- Charta signata num in cambiis opus?* 4, 20.
- Chirographi loco num litterae cambiales dentur?* 2, 1.
- Chirographum, cui inserta clausula cambialis (nach Wechsel-Recht) num persecutione cambiali gaudeat?* 4, 22.
- Christianus si sit acceptans, et pecunia iusto tempore a Iudaeo non exacta, quid eidem faciendum?* 4, 43.
- Cifris summa cambialis scribi an possit?* 4, 5.
- Citatio quomodo facienda?* 7, 1, 14.
- Classe, in quam creditores cambiales collocandi?* 6, 43.
- Clerici num iure cambiali teneantur?* 5, 8.
- Collybistiae qui?* 1, 3.
- Collybisticam negotiationem quinam exercere possint?* 5, 13. num ministri principum, nobiles, milites, doctores, cet. 5, 14. societates? 5, 15. Iudaei? 5, 16.
- Compensatio an modus tollendi obligationem cambiale? 6, 27. quandonam locum habeat?* 6, 28. an et tunc, si litterae cambiales alii sint cessae? 6, 30.
- Concursu moto creditoribus cambialibus quid faciendum?* 6, 41.
- Confusio quid?* 6, 22. num facto alterius nomine commissio inducatur? 6, 26. quid si acceptatione a trassato iam facta contingat? 6, 23.
- Consensu in cessione alteri facienda num sit opus?* 2, 8.
- Conto (à) quid?* 3, 13. *
- Contractus cambialis quis?* 3, 6. ab aliis contractibus differt. 3, 3. 4. num litteralis dici possit? 3, 8. in quonam ab hoc differat? 3, 10. qualis inter remittentem et trassantem? 3, 6. inter trassantem et acceptantem? 3, 11. inter remittentem et praesentantem? 3, 15. inter praesentantem et acceptantem? 3, 17.
- Contumacia rei,* 7, 2, 4.
- Coueniri an possit trassatus a trassante ob non acceptatum cambium?* 6, 6.
- Conuentiones quatenus in cambio occurrant?* 3, 18.
- Courtage, Courtier.* 4, 46.
- Coutume.* Vid. *Wechsel.*
- Dare ab alio quid?* 1, 6.

- Debitum* et creditum quid, si in una persona concurrant? 6, 25.
- Depositionem* pecuniae an et quando petere possit reus solvens? 7, 4, 13.
- Detrectans* cambii acceptationem an postea acceptare atque solvere possit? 4, 32.
- Diei* mentio in cambiis an necessaria, et cur? 4, 4.
- Dies* in cuiusnam fauorem in cambio proprio adiiciatur? 2, 6. solutionis an exprimendus? 4, 6. quid si in diem feriatum incidat? 4, 41.
- Diffessio iurata* num impediri possit et quomodo? 7, 2, 12.
- Diuisionis* beneficium num locum habeat, si plures simul litteras cambiales dederint? 5, 10.
- Documenta* quaenam libello adicienda? 7, 1, 10.
- Duplicationi* et replicationi num locus? 7, 2, 13.
- Emporia* quo tempore habere coeperint leges cambiales? 1, 10.
- Exceptio* non numeratae pecuniae num cambio possit opponi? 3, 8, 20.
- Exceptiones* altioris indaginis num admittantur? 7, 2, 14. dilatoriae? 7, 2, 6. iurisiurandi? 7, 2, 8. peremptoriae? 7, 2, 7.
- Executio* rei iudicatae quo modo fiat? 7, 4, 14.
- Femina* num cambiare possit? 5, 5. quae mercaturam exercuit, abdicato illo uitae genere num teneatur? 5, 7.
- Feriarum* cambium. 2, 12.
- Fideiubere* in cambiis quinam possint? 3, 30.
- Fideiussio* quotuplici modo cambiis accedere possit? 3, 26.
- Forum* competens caussarum cambialium quodnam sit? 7, 1, 4. singulare quibusdam caussis destinatum. 7, 1, 6. *sequ.*
- Genus* monetae quale intelligatur, si nulla eius mentio facta? 4, 12.
- Giro, girirter Wechsel.* 2, 10.
- Heredes* num et quando iure cambiali teneantur? 5, 11.
- Hypotheca tacita* ubinam litteris cambialibus constituta? 6, 15.
- Hypothecae clausula* num inferi possit, et quo effectu? 2, 4.
- Impensae* iudiciales et extraiudiciales. 7, 3, 9. impensarum nomine in regressu cambiali quid ueniat? 4, 48.
- Indossamentum* quid? 2, 7. *in bianco?* 2, 11.
- Indossare* quinam possint? 2, 11.
- Indossatarius* aduersus indossantem ad quid agat? 6, 7.
- Induciae.* Num creditores debitori suo concedere possint? 6, 40. induciarum dies an et quando dentur? 2, 14.
- Inhaber des Wechsels.* 3, 23.
- Institor* an pro domino acceptare possit? 4, 26. quid si cambium trassauerit ad dominum, hic uero bonis labatur? 4, 25.
- Irreguliere Wechsel.* 2, 12.
- Iudaeus* circa solutionem cambii quidnam obseruare debeat? 4, 42.
- Ius cambiale* quid sit? 1, 11. *sequ.* num consuetudine inoleuerit? 1, 14.

- 1, 14. eius principium commune. 1, 11. scriptum et non scriptum. 1, 11.
- Ius naturae* num sit principium iuris cambialis? 1, 14.
- Iustificatio*. In hoc termino quomodo procedatur? 7, 4, 7.
- Leges* cambiales num dentur communes? 1, 13.
- Lemma* litterarum cambialium quid contineat? 4, 2.
- Libellus* in processu cambiali quidnam contineat? 7, 1, 8.
- Litterae* aduisoriae quid? 3, 13. commendatitiae? 3, 31. circa easdem quid obseruandum? 3, 32.
- Litterarum* cambialium mentio num necessaria? 4, 9. quae nam partes? 4, 2. qualitas num sit exprimenda? 4, 10.
- Locale* cambium quid? 1, 5. num ueteribus cognitum? 1, 6. num Romanis? 1, 7.
- Loci* mentio in litteris cambialibus an necessaria, et cur? 4, 3.
- Mandatum* soluendi quomodo exprimendum? 4, 6. eius loco cambiis propriis quid inferatur? 4, 8.
- Manuale* cambium quid? 4, 7.
- Mess - Wechsel*? 2, 12.
- Minores* atque impuberes num cambiare possint? 5, 3. quid si iusiurandum accefferit? *ibid.*
- Monetae* genus num exprimendum? 4, 5. quid si omissum? 4, 12.
- Moratoria* quandonam concedi soleant? 6, 37. iis num renuntiari possit? 6, 39.
- Negotium* gambiale quale? 3, 6.
- num ex pluribus conuentionibus conflatum? *ibid.* extra ordinem quandoque concurrunt? 3, 19.
- Nomen* atque praenomen exactoris an necessario exprimendum? 4, 11.
- Notiz* quid? 3, 31.
- Nouatio* an fiat prorogato solutionis die? 6, 37. eius cum delegatione facta effectus? 6, 32.
- Nummos* permutantium uaria nomina. 1, 3.
- Nummularii*? 1, 13. **
- Obligatio* cambialis et ad obstaculum quomodo differant? 5, 17.
- Obligatio* trassantis. 6, 4. trassati. 6, 5.
- Obligaciones* et actiones quot ex cambio proprio nascantur? 6, 2. ex trassato? 6, 3. ex delictis an circa cambia oriantur? 6, 12.
- Officii* ratione si quis cambium scripserit, num ex eo teneatur? 6, 34. fines si quis excesserit? 6, 35.
- Officium* remittentis? 4, 23. trassantis? 4, 24. exactoris uel praesentantis? 4, 26.
- Opifices* num iure cambiali teneantur? 5, 9.
- Origo* hodierni cambii. 1, 8.
- Paetorum* num ratio habenda? 1, 15.
- Parere* quid? 7, 1, 1.
- Permutatio* num commune quid habeat cum negotiatione cambiali hodierna? 1, 4. pecuniae num Romanis usitata? 1, 7.

- Personae* quatenus cambiare possunt? 5, 1. quot in cambio tractato requirantur? 2, 12.
- Platearum* cambium? 2, 12. quomodo differat a cambio feriarum? 2, 15.
- Possessio* cambii an sufficiat ad pecuniam in eo scriptam exigendam? 4, 2.
- Praesentans* qui? 1, 4* quid ab auctore suo petere possit? 4, 44.
- Praesentatio* cambii proprii num necessaria? 2, 4.
- Praescriptio* qualis regulariter obtineat? 6, 14. qualis cambiis propriis obstet? 6, 16. quando currit? 6, 18. qualem effectum producat? 6, 19. num currat, si creditores moratorium concesserint? 6, 38. quibus modis sistatur? 6, 20.
- Principia* iuris cambialis communia. 1, 13.
- Procura* quid? 5, 12. eius effectus. *ibid.*
- Protestatio* quando remittenda? 2, 4. * num etiam in litteris commendatitiis necessaria? 3, 32. * cur in hoc negotio tam frequens? 4, 30. quando in cambiis propriis facienda? 4, 31. in aliis? 4, 40. quomodo fiat? 4, 36. num diebus feriatis interponenda? 4, 32. num extra nundinas quoque interponenda? 4, 33. interpositae effectus. 4, 34.
- Prouisio* quid? 4, 47.
- Proxenetae* num interuenire possunt? 3, 18. num fideiubere? 3, 30.
- Reale* cambium quale? 1, 4.
- Recambium* quale? 4, 45.
- Recognitio* litterarum cambialium. Quid si eandem reus detreteret? 7, 2, 9.
- Reguliere Wechsel*. 2, 12.
- Remedia* contra sententiam grauantem interposita qualem effectum habeant? 7, 4, 2. ad adpellationem? 7, 4, 11.
- Remissio* num modus tollendi obligationem? 6, 31.
- Remittens* qui? 1, 4.
- Replicatio* in processu cambiali num locum habeat? 7, 2, 13.
- Repraesentare* quid? 1, 6.
- Rescripta* moratoria quando et quibus modis concedantur? 6, 37.
- Reuocatio* num a remittente fieri possit? 2, 16.
- Reus*, quid si citatus non compareat? 7, 2, 2.
- Rustici* num cambia dare possint? 1, 9.
- Scontro* quid sit? 6, 29. quomodo fiat? *ibid.*
- Sensal* qui. 4, 46. * *Senserie*. *ibid.*
- Sententia* quando ferenda? 7, 3, 1. a quo? 7, 3, 2. qualis, si reus cambium recognoscat? 7, 3, 6, et si diffiteatur? 7, 3, 7.
- Sicht (nach)* cambia quae? 2, 13.
- Sigillum* num in cambiis necessarium? 4, 18. subscriptionis defectum an suppleat? *ibid.*
- Signum* crucis num loco subscriptionis? *ibid.*
- Soluere* quid? 1, 6.
- Solutio* cambii quando facienda? 2, 5, 4, 32. in cambio proprio an ante diem? 2, 5. an tollat obligationem cambiale? 6, 27. an et quando suspendatur uel

- uel impediatur? 6, 36. solutionis termino praeterlapso num cambia praesentari possint? 4, 6. * particularis num accipienda? 4, 29.
- Spacchium* quid? 4, 16.
- Subscriptio* trassantis quomodo fiat? 4, 17. quid si eandem reus recognoscat, cambium uero ipsam diffiteri uelit? 7, 2, 11.
- Summa* soluenda quomodo exprimenda? 4, 12. num cifris? 4, 5.
- Tesserae* ueterum num eadem, ac cambia nostra? 1, 6.
- Transmissio* aëtorum cambialium? 7, 3, 3.
- Trassans* qui? 1, 4. quando nam liberetur? 4, 39.
- Trassatus* num a trassante ob non acceptatum cambium possit conueniri? 6, 6.
- Validiren* (*soll mir*) phrasis quid sibi uelit? 3, 13. *
- Valuta* quid? 4, 13. eius mentio num facienda? 4, 1. omissa num uitiet cambium? 4, 14. *Valuta vvohlverstanden?* 4, 13.
- Votum* num in cambiis necessarium? 4, 2.
- Wechsel - Contume* quid? 1, 11.
- Ordnung?* 1, 10. *Ulsance?* 1, 11.



GEORGII HENRICI AYRERI, IC.

POTENTISS. MAGN. BRITANN. REGIS. ET
ELECTOR. BRUNSVIC. LVNEBURG. A CONSIL. AVL.
IVRIVM IN ILL. GEORGIA AVGVSTA PROFES-
SOR. PVBLIC. ORDINAR.

DE

CAMBIALIS INSTITVTI


VESTIGIIIS

APVD ROMANOS


DIATRIBE.



EDITIO OCTAVA PRIORIBVS EMENDATIO.



P R A E F A M E N.

 **P**raeteritorum annorum in stadiis academicis praesertim transactorum, sicuti iucunda plerisque solet esse recordatio; ita ego quidem haud mediocri cum uoluptate semper recordor temporis, quod Lipsiae olim, florentissimo illo Mercurii et Apollinis emporio, ad quod separatis uicibus binos egregiae indolis iuuenes, utrumque nobili genere natum, quasi ad mercaturam bonarum artium adduxeram, in litteris consumpsi. Accidit interea, ut anno 1735. illustrissimi comitis Vice-Domini, tum curae meae demandati, nunc in aula augustissimi Poloniarum regis dignitate palatina conspicui, commilito familiaris, Christianus Sigfridus a Plessen, eques Danus, ex splendidissima Plessenorum gente, iam sago insignis, sub praesidio illustris uiri, Io. Iac. Mascouii, communis nostri fautoris aeternum colendi, de *foederibus commerciorum* publice et cum laude disputaret. Quae ipsa disputatio quum mihi ansam praebuisset in *cambialis instituti uestigia*, iam apud Romanos obuia, inquirendi; hanc disquisitionem, forma epistolae propempticae generosissimo respondenti peregrinabundo dicatam, typis exscribendam curauit. Sed partim ipsi nundinarum autumnalium strepitus, inter quos primitiae istae academicae enatae sunt, partim breuitatis, cui mihi tum studendum erat, ratio impedimento fuerunt, quo minus omnia expendi adcurate, fusiusque pertractari possent. Exoptata itaque mihi est noua, quae sese commodum offert, occasio idem argumentum reuidendi, paulloque uberius, quantum quidem per alia, quibus nunc adstri-

Etus sum, negotia licet, explanandi. Quum enim in eo iam sit Io. Ludou. Vhlius, ut diui Heineccii, cuius praematuram mortem cordatiores omnes bonarum litterarum cultores lugent, *Elementa iuris cambialis* ex schedis ipsius edat, mihi que significauerit, se, ob argumenti adfinitatem, tractationem meam *de cambialis instituti uestigiis apud Romanos* huic editioni, quam in Belgio parat, subiungere constituisse; desiderio eius satis facturus, eo lubentius et formam epistolae ueterem ipsi detrahere, et nouam diatribes induere adgressus sum, quo honorificentius est opellae meae, sociari scripto uiri tanti nominis, quem ducem, in antiquitatibus Romanis inuestigandis sagacissimum, in illa concinnanda potissimum sequutus sum *, et qui eo tempore generosissimum Plessenum quoque, cui, quum Francofurti ad Viadrum litteris operam daret, cum ipso hospitium uetus fuerat, ut hanc necessitudinem coleret, eodem gratulationis genere cohonestauit.

* Inseruit nobis quam maxime *Dissertatio eius de uitis negotiationis collybisticae uel cambialis*, quae inter *Opuscula ipsius iunctim edita* exstat. (In *Sylog. I. opusculor. uarior. num. XI. pag. 441. sqq. edit. Geneu.*)





§. I.



Ad cambialis instituti igitur inuestigationem dum nos accingimus; non praeter morem egerimus, si prius nosse studeamus, unde nomen

Cambii uocabulum unde descendat?

cambii descendat, quum rerum causas uestigantibus ipsa uocum indagatio haud parum subinde luminis foeneretur. Deriuant autem etymologici uocabula, *cambium*, *cambire*, et *cambiare*, quae permutationem traditionemque de manu in manum denotant, ab antiquo *cham*, manus, cuius significatum, iam pridem sopitum, obseruante clarissimo Wachtero a), primus ex *leg. Salic. tit. 23. §. 1.* instaurauit Eccardus, ubi *cham* pro manu poni, satis luculentum est. Huic uoci *cham* uel *kam*, quam hodie cessare, nec amplius, nisi in deriuatis, *kämpfen*, certare, *bekommen*, accipere, quae haud dubie originem suam ad manum referunt, superesse constat, tantam tribuit antiquitatem, ut ex illa primo *han*, deinde *hand*, quo manum indicamus, existimet prouenisse. Ipsum uero *cham* Graecae dicit esse originis, quippe quod a uerbo *κατειν*, scindere, *hauen*, ob incisuras manus, deducit. Saltem non falsum esse huncce significatum, inter alia uel inde arguit modo laudatus Wachterus, quod eadem uox

omnibus rebus, quae similes manui incisuras habent, u. gr. pectini, cristae, cet. tribui so-
leat. Quidquid horum sit, illud minus dubii
habere uidetur, uerbum *cambsare* ἀπό τῆ
κάμπτω, quod permutare significat, eiusue
aoristo primo, ἐκάμψα, descendere b). Ver-
ba uero, *cambsare*, *cambire*, *cambiare*, uetu-
stissimis iam Romanis in usu fuisse, testimoniis
Ennii, Columellae, Charisii, Apuleii, alio-
rumque, dudum Gerard. Ioann. Vossius c),
Alciatus d), Octau. Ferrarius e), Carolus du
Fresne f), aliique plures g) docuerunt. At-
que inde medio aeuo enata esse uocabula
praecambiare, *cambiator*, *scambiator*, *cambitio*,
camptio, *cambitus*, *cambium*, *escambiator*, *scam-
biaria* uel *scamsaria charta*, *concambium* h), *re-
cambium*, aliaque similia, ex Caroli Fresnei
Glossario perspici potest. Frequens quoque
usu hodierno est *Roskamb*, quod mangonibus
equariis seu uenditoribus equorum tribui so-
let ab hac ipsa permutatione, quia equis
equos permutant, unde alio nomine *Ros-
Täufcher*, permutatores equorum, non quod
iubas equorum pectinent, ita dictos esse, opti-
me cum Eccardo i) iudicat Wachterus k).

a) In *Glossar. German.* uoc. *kam*.

b) Vid. Sam. Stryckius in *Diss. de cambial. litterar.*
acceptat. cap. 1. §. 1. n. 4. ibique citatus Marquard.
in *tr. de iur. mercat. lib. II. cap. 12. n. 10.*

c) *De uitiis sermonis, lib. I. cap. 18.* et in *Ety-
molog. linguae Latin.* uerb. *cambio*.

d) *Parergor. lib. I. cap. 45.*

e) *Verb. cambiare.*

f) In *Glossar. med. et infim. Latinit.* uerb. *cambiare.*

g) Conf. Henr. Zipfel. in *Diss. de tesser. collybist.*
§. 1. ibique citatos.

h) De *conambio* et *conambiatura* Marculphus
agit in *Formulis sollemnib. cap. 139. et 141. edit. Lin-
denbrog. pag. 1221. sqq.* in *Codic. legum antiquar.*
Vid. *ibid.* in *Lindenbrogii Glossario pag. 1367.*

i) In

i) In not. ad leg. Salic. pag. 73.

k) Voce: Rofs-Kamb.

§. II.

Quodsi igitur per cambium, secundum *Cambii origo si pro permutatione rerum quarumcumque sumitur, ab initio mundi repetitur.* natiuam huius uocis, medio aeuo usitatissimae, significationem, agrorum rerumue quarumcumque permutationem intelligas, quo sensu in iure tum feudali a), tum canonico b), illam adhibitam deprehendimus, non refragabor iis iuris cambialis scriptoribus, qui cambii originem ab initio mundi, cum Sigismundo Scaccia c), repetunt. Eum enim contractum, quo una res pro alia datur ac permutatur, omnium, uti simplicissimum, ita esse antiquissimum, et cum ipsius generis humani multiplicatione, uariarumque rerum indigentia, inuauisse, apud omnes est in confesso. Scilicet non poterat ante introductum usum pecuniae aliter necessitatibus humanis subueniri, quam si alter id, quod sibi supererat, alteri pro eo, quod sibi deficiebat, daret. Vnde quoque Romoaldus Coli d), quem laudat Scaccia e), in peruestiganda cambiorum origine ad exempla permutationis uetustissima, in sacris paginis occurrentia, prouocauit.

a) 1. Feud. 4. §. 2. 1. Feud. 22. §. 5. 2. Feud. 25. ubi cambio feudum eiusdem pretii denotatur, obseruante Dion. Gothofredo.

b) Cap. 6. X. de except. cap. unic. uers. pro decimis de decimis in Extrauag. commun. ubi iam de pecunia cambienda sermo est.

c) In tr. de commerc. et camb. §. 1. qu. 6. n. 2.

d) In tr. de camb. cap. 1.

e) Loc. cit.

§. III.

Quod uero ab initio generibus permutationis omnibus commune fuit nomen, idem deinde praecipue ad pecuniae permutationem translatum, et ab omnibus fere gentibus, si *Cambii uocabulum deinde ad pecuniae permutationem* prae-

translatum, et a plurimis gentibus retentum est.

praeter septentrionales populos, a Belgis et Germanis, quorum illi *Wissel*, hi *Wechsel*, ad eandem rem significandam adhibent, discendas, retentum est. Certe a uoce *cambium* et Italorum Hispanorumque *cambio*, et Gallorum *change*, et Anglorum *exchange* deriuari, antiquorum uerborum enarratores obseruant a). Haec pecuniae permutatio sicuti Graecis non solum *κόλλυβος*, quo uocabulo etiam Cicero b) Latine utitur, sed quoque *ἀεγυρίσ ἀλλαγῆ*, quod apud Iulium Pollucem c) occurrit, dicta, et plerumque cum mercede aliqua, seu usuris, fuit coniuncta; ita, ab illo collybistarum nomen originem trahere, certum, ab hoc *lagii, agio*, adpellationem ortam esse, haud improbabile est.

a) Consul. inter alios Matth. Martinius in *Lexico etymolog. uoc. cambium*. Minschaeus in *The Guide in to Tongues*, uoc. *exchange* et *change*, Menagius in *Originib. linguae Francic. uoc. changer*.

b) *Epist. ad Attic. lib. XII. epist. 6.*

c) *Onomast. VII, 30.*

§. III.

Alia ipsius cambii, alia negotiationis cambialis origo.

Sed quemadmodum haud pauca humanum instituta, uel necessitate, quae ingenium humanum acuere solet, exigente, uel utilitate, plurimorum inuentorum matre, suadente, adeoque ipsa natura duce, apud antiquissimas gentes inualuerunt: ita nonnulla ita sunt comparata, ut non uno impetu produci, et ad summum perfectionis gradum perducere potuerint, sed ab exiguis profecta initiis eo creuerint successu temporis, quo nunc illa conspiciere datum est. Huc iure meritoque referas negotium cambiale; quod primo necessitatis causa inuentum est, deinde uero, commerciis magis magisque efflorescentibus, in artem peculiarem abiit a). Vnde haud sine ratione di-

stinguunt, qui aliam ipsius cambii, aliam cambiorum negotiationis originem statuunt, illudque hac longe antiquius esse contendunt b).

a) Vid. Raph. de Turrit. *de camb. disp. I. quaest. 3. sqq.* Io. Mart. Vogtii *tr. de camb. thes. 4.* Matth. Bodii *Diss. sub praesidio Io. Waltheri Marburgi 1646. habita thes. 3.* Anonymi *Anleitung zum gründlichen Verstand des Wechsel-Rechts, quod scriptum una cum Bodii Dissertatione Francofurti ad Moenum 1676. edidit Io. Iac. Heydigerus, cap. 4.*

b) Vid. Io. Christoph. Franckii *Instit. iur. camb. prolegom. tit. 2. §. 7. extr.*

§. V.

Non iam animus est, operose uel totius *Prima negotiationis cambialis inuentio Langobardis tribuenda, indeque ad maiores nostras transisse uidetur.* commercii collybistici indolem et naturam, quam tot iureconsultorum uolumina tradunt, excutere, uel litterarum cambialium formulas exhibere, earumque uim et efficaciam explicare, uel in cambiorum natales inquirere, atque definire, Iudaeisne, an Belgis, an Florentinis, an Gothis Langobardisue huius gloria inuenti sit uindicanda! Notum est, quemlibet dictorum populorum hac in parte suos inuenisse uindices, quos hic recensere merito superfedemus a). Langobardos, quos in exteris prouinciis multum negotiatos esse constat, in primis formam cambii dedisse, uel ipsa uocabula, huius negotiationis propria, innuunt, quae omnia Langobardicae esse originis, nemo facile in dubium uocabit. Frequentiora, succedentibus temporibus Gibellinorum et Guelphorum, facta fuisse cambia inter negotiatores Lombardiam incolentes b), aedificia publica, mutuandis pecuniis destinata, uulgo *lombards* dicta, indicant, quae ad negotium cambiale, quam ad montes pietatis, referre mauult, hacque occasione uitium confusionis, a Paulo Iacobo Marpergero c) commissum, notat Senckenbergius d). Ab Italis e) deinde artem

artem collybisticam transiisse ad Germanos, uocabula Italica, inter nostros recepta camplores, testantur. Sicuti tamen ob hoc solum argumentum, quod a uerborum usu desumitur, prima cambii inuentio nationi Italicae tribui nequit, ut recte quidem contra auctorem *Manuductionis ad solidam intelligentiam iuris cambialis* supra iam adductus Franckius monet *f)*: ita maiores nostros ad illud excolendum plurimum contulisse, adeoque in ipsa Germania, cum mercaturae incrementis, artem cambiandi quoque ad summum peruenisse, nemo infitias ibit.

a) Conf. modo laudatus Franckius *d. l. §. 4. sqq.* ibique not.

b) Conf. Sauary in *Negotiat. perfect. cap. 19. Ricardi tract. general. de commerc. pag. 90.*

c) In der Beschreibung von Banquen, pag. 5.

d) In Diss. de montibus pietatis, uulgo Leyhäußern, cap. 1. §. 4. et cap. 2. §. 4.

e) Florentinos in primis cambialis contractus esse inuentores, ex *Historia ciuitatis Lugdunensis*, quam de Rubys condidit, testatur Iac. du Puy in *tr. de arte litterarum cambii*, Gallice primum edito, deinde in linguam Latinam, ac tandem a Petro Martelliano in Italicam translato, et Florentinae 1718. typis excuso, ex quo huc facientia excerpfit Dominicus Matiamannus, *de Florentinis inuentis, cap. 52.*

f) *Loc. cit. §. 6. not. b.*

§. VI.

Nonnullis
cambium
iam Alexan-
dri M.
tempore in-
notuisse uide-
tur. Trans-
itio ad spe-
cialem tra-
stationem.

Itaque nec nimium peregrinitatis studium, quod ceteroquin haud sine ratione nostratibus exprobrat uir clar. Io. Ge. Cramerus *a)*, nec caecus patriae amor in nobis iure reprehendi poterit, si ipsa cambialis instituti primordia aliunde, quam ex Germania, repetamus; Germanis tamen gloriam culturae tam fertilis inuenti relinquentes. De folis uero ipsius uestigiis apud Romanos occurrentibus solliciti, iam non curamus ea, quae ex Aristotele ad-
duci

duci solent, ut ostendatur, cambium iam tempore Alexandri Magni innotuisse b).

a) In Progr. eleganti de coniungendo iuris et antiquitatum Germanicarum studio, §. 1. sequ.

b) Argumenta in contrarium uide apud Raph. de Turri in tr. de camb. disp. I. quaest. 4. n. 3. sed dissentit Scaccia in tr. de commerc. et camb. §. 1. quaest. 6. n. 11.

§. VII.

Duplex inprimis usu uenit cambiorum genus. Alia dicuntur *realia*, *minuta*, seu *manua cambiorum*, quibus diuersae nummorum species apud *genus.* mensam confestim permutari solent; alia *localia*, *mercantilia*, *traiectitia*, *trassata*, seu *literalia*, quibus, interueniente schedula collybistica, ita permutatio fit, ut pro pecunia, alio loco accepta, tantumdem alio loco soluatur.

§. VIII.

Prioris generis cambia frequentia fuisse Romanis, dubitare nos non finit crebrior argumentariorum, qui etiam trapezitarum, mensariorum, et nummulariorum nomine ueniunt, in legibus Romanis mentio. Eos in pecunia potissimum tum sua, tum aliena, foenori exponenda, rationibus conficiendis, pecunia traiectitia suo periculo credenda, in auctionibus item, constituendo, similibusque negotiis, occupatos fuisse, tam ex Ciceronis Oratione pro Flacc. cap. 19. quam ex l. 24. §. 2. D. de reb. auctoritat. iudic. possid. l. 18. D. de hereditat. petit. et l. 88. D. de solution. perspicere licet a). Neque dubium est ullum, intelligendos esse huiusce modi homines per κολλυβιστὰς et κερματιστὰς, quos, euerfis mensis, templo Hierosolymitano, legimus, a Seruatore nostro eiectos fuisse b). Ipsas quoque Romanorum

Realia Romanis cambia fuisse frequentia, probatur.

norum basilicas, amplissima illa et splendidissima aedificia publica, in quibus non solum iudices causas controuersas decidere, sed etiam mercatores nummulariique negotia sua solebant tractare, et quorum illa, quae basilicae argentariorum audiebant, a solis mercatoribus frequentata sunt, haud inepte nonnulli cum hodiernis *bursis*, quarum denominationis rationem nobis reddit Io. Iac. Mascouius *c)*, historiam uero tradit Io. Toubeau *d)*, saltem quoad usum comparant *e)*.

a) Late de eius modi foeneratoribus passim agunt scriptores, ii praesertim, qui de foenore et usuris destinata opera egerunt, ut Salmasius, Cloppenbergius, Gronouius, Noodtius, aliique. Conf. etiam Brisson. *de uerbor. significat. uoc. argentarii.* Car. Sigonius *de antiquo iure ciuium Romanor. lib. II. cap. 11.* Petr. Gregor. Tholosanus in *Syntagmat. iur. uniuers. XXII, 9. 11.* Add. Raph. de Turri *de camb. disp. I. qu. 4. n. 10. sqq.* Munnoz de Escobar *de ratiocin. administr. 2.* Gryphiander in *Oeconom. legal. I, 26. 39. sqq.*

b) *Matth. XXII, 2. Marc. XI, 15. Ioann. II, 14.*

c) In *Diss. de iure stapulae ac nundinarum ciuitatis Lipsiens. §. ult.*

d) In *Instit. iur. consular. lib. I. tit. 27. pag. 415. sqq.*

e) Conf. Hieron. Frideric. Schorschii *Diss. de basilicis, earumque iuribus, sect. I. §. I. et §. II.*

§. VIII.

Posterioris classis cambia plane incognita Romanis dicit Gottl. Gerard. Titius *a)*, cuius rei hanc adducit rationem Io. Schilterus *b)*, quia monetae Romanorum per uniuersum orbem aequae ualuerint, et maior, quam in terris nostris, uiarum publicarum fuerit securitas. Verum enim uero quamuis id uiro clarissimo largiremur; aliae tamen adhuc causae, difficultates scilicet ipsa nummorum corpora in distita loca transferendi, et commodior per cambium illa transportandi uia, ipsaque

*Traiectitia
cambia an
Romanis in-
cognita?
Schilteri ra-
tio reiecta.*

que commerciorum ratio, Romanis pariter, atque aliis gentibus, hoc institutum sine dubio commendarunt.

a) In *Iur. priuat. lib. X. tit. 5. §. 1.*

b) *Loc. cit. §. 9.*

§. X.

Fatendum quidem est, illud nullam in iure Romano sedem habere propriam, nec, uti cetera uitae ciuilibus negotia, peculiari loco explicari; sed dari tamen alia uestigia a), ex quibus, reapse non penitus ignota fuisse Romanis cambia traiectitia, utut nominentur inusitata, colligi possit, inter primos animaduertit Vlricus Huberus b), celebratissimus Belgarum Ictus, quem deinde Io. Gottl. Heineccius c), alique plures d) sequuti sunt, quidquid in contrarium adferant Raphael de Turri e), et alii, quos Franckius f) hanc in rem laudauit.

Dantur uestigia, ex quibus colligi id posse uidetur.

a) Pertinet huc *tot. tit. D. de eo, quod certo loco, tot. tit. D. de edend. l. 40. D. de statu liber. l. 82. §. 5. D. pro soc.*

b) *Praelect. iur. ciuil. Pandect. lib. XVII. tit. 1. §. 12.*

c) In *Diss. de uitiis negotiat. collybist. uel cambial. §. 3. sqq.*

d) Prouocat inter alios ad modo laudati Heineccii auctoritatem Mascouius, in *Diss. paullo ante cit. de iure stapulae ac nundinar. ciuitat. Lips. §. 22. not. 7.*

e) *Loc. dict. disp. I. quaest. 4. n. 9. sqq.*

f) *Loc. cit. §. 3. not. e.*

§. XI.

Sane, si nullus ueterum alius, certe Cicero id uariis locis aperte commonstrat, quos hic adducere, propiusque intueri, operae pretium fuerit. Ita de filio, studiorum causa Athenas mittendo, scribens ad Atticum a), quod illi opus fuerit, quaerit, permutarine possit, an ipsi ferendum sit? id est, filiusne pecuniam, quam ad sustentationem suam opus habiturus sit, ipse secum

Ciceronis uaria loca adducuntur.

secum adferre Athenas debeat, an occasio detur ita illam permutandi, ut, quam pater Romae soluerit, alius Athenis filio reddat? Qua permutatione cambium, quod traiectitium uocare solemus, indicari, nemo non uidet. In alia epistola, itidem ad Atticum scripta *b)*, non minus luculenta cambialis negotiationis uestigia deprehendimus. Ita enim ab initio statim scribit: *tu nummos Arpinatum, si L. Fadius aedilis petet, uel omnes REDDITO. ego ad te alia epistola scripsi de H - S. CX. quae Statio CURARENTVR. Si ergo petet Fadius, ei uolo REDDI, praeter Fadium nemini, apud me item puto DEPOSITVM. Id scripsi ad Erotem, ut REDDERET. Sub extremum autem epistolae sic habet: Cicero noster - - scripsit hoc ad Tironem, sibi post Kal. April. (sic enim annum tempus confici,) nihil datum esse; tibi pro tua natura semper placuisse, teque existimasse, id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modo liberaliter a nobis, sed etiam ornate cumulateque tractari: quare uelim cures, (nec tibi essem molestus, si per alium hoc possem), ut PERMVTETVR Athenis, quod sit in annum sumtum. Id scilicet Eros numerabit. eius rei causa Tironem misi. curabis igitur, et ad me, siquid tibi de eo uidebitur, scribes. Interuenisse hic cambium traiectitium, nemini potest esse obscurum, qui, Ciceronem Romae tantum pecuniae per Erotem reddere Attico uoluisse, perpenderit, quantum filio suo Athenis fuerit numeratum. Nihil obstat, quo minus ex epistola *c)*, Laodicea ad Atticum exarata, huc quoque referamus sequentia: *quaeris, quid hicagam? ita uiuam, ut maximos sumtus facio: mirifice delector hoc instituto, admirabilis abstinentia ex praeceptis tuis; ut uerear, ne illud, quod tecum PERMVTAVI, uersura mihi soluendum sit. Ex illis enim haud difficili negotio erui potest,**

Lao.

Laodicea Ciceronem, curante seu permutante Attico, pecuniam accepisse, quam ut ipsi redderet, ad uersuram sibi confugiendum esse indicat, id est, aes alienum aere alieno soluendum. Alius Ciceronis locus *d)* huc etiam trahi potest, qui ita habet: *ibi commoratur, dum pecunia accipitur, quae mihi ex PUBLICA PERMUTATIONE debetur.* Neque incongrue Stypmannus *e)* ad negotium istud cambiale, siue litteras transcriptionis, quibus pecunia de loco in locum sine ullis itinerum molestiis, maris incommodis, uel latronum piratarumue incurfibus, aut alio periculo, secure transcribitur, refert uerba Tullii, Crispo Sallustio uenalem animum exprobrantis *f)*. Africam enim interiorem cum Crispus Sallustius obtinuerit, tantum inde illum exhausisse, ait Cicero, quantum potuerit aut FIDE NOMINVM TRAIICI, aut in naues contrudi. Non uacat, plura ueterum testimonia conquirere, et allata iam fatis ostendunt, Romanos hunc cambiandi pecuniamque traiciendi modum neutiquam ignorasse.

a) Lib. XII. epist. 24.

b) Lib. XV. epist. 15.

c) Lib. V. epist. 15.

d) Ad diuers. lib. III. epist. 5.

e) In Iur. maritim. cap. 8. §. 7. 8. pag. 489. editionis, quae cum praefatione b. Heineccii Halae Magdeburgicae 1740. prodiit, scriptores nonnullos alios de iure nautico et maritimo complexa.

f) In Responsione in Crispum Sallustum §. 19. pag. 1186. edit. Verburgian. in 4.

§. XII.

Cuinam uero contractuum Romanorum annumerari debeat cambium eius modi locale, ualde dubitant, qui omnia, recentioribus etiam saeculis uel inuenta, uel noua saltem specie induta, ex iuris Romani principiis metiuntur. Sunt, qui pactum nudum, sunt, qui legitimum, adpellent. Alii contractum innominatum, do,

De natura huius negotii uariae uariarum sententiae.

Heineccii opinio probatur.

ut




ut *des*, uel, *do*, ut *facias*; alii stipulationem; alii mutuum; alii aliter perhibent. Mandati speciem esse, et, quia inter absentes res geratur, mandatum in scriptis, cum Grotio Huberus *a)* contendit. Sed cambia, prouti saltem nunc comparata sunt, ad nullum plane horum contractuum referri posse, probe iam post alios Io. Schilterus *b)* et Iust. Henning. Boehmerus *c)* monuerunt. Hinc recte Heineccius *d)*, proprium contractus genus esse, putat negotium cambiale, quod praeter ius ciuile Romanorum moribus potissimum inualuerit; eatenus tamen contractum litteralem dici posse, quatenus litteris perficiatur, et ex litteris demum ualidam obligationem producat. Interim cum cambia non solum ob monetae, diuersis locis usitatae, uarietatem, difficultatemque, pecuniam ex uno loco in alium secure transferendi, sed etiam certioris euentus causa, in numerationibus atque commerciis, et ob paratissimam adeo executionem, inuenta sint; illa singulis contractibus, mutui, depositi, uenditionis, locationis, mandati, omnibusque innominatis accedere et possunt, et solent. Id quod ex usu fori obseruauit in ipsis rerum argumentis uersatissimus facultatis iuridicae Lipsiensis praeses, Rechenbergius *e)*, uarias cambiorum species, omnemque illarum indolem adcurate atque distincte, more suo, proponens. Fundamenta uero decidendi causas cambiales sollertissime explicauit, totumque huius argumenti ambitum in compendio emensus est notissimus eiusdem scriptor *f)*, quem plus simplici uice iam nobis fuit occasio laudandi.

a) Loc. cit. *b)* Dict. loc. §. 10. *c)* *Introduct. in ius Digestor. lib. XVIII. tit. 4. §. 7.* *d)* Dict. loc. §. 17. *e)* *Regul. iur. priuat. lib. III. tit. 20.* *f)* Io. Christoph. Franckius in *Instit. iur. camb. lib. I. sect. 1. tit. 1. §. 99.*

GEORGII HENRICI AYRERI, IC.

POTENTISS. MAGN. BRITANNIAE REGIS,
ELECTORIS BRVNSVIC. LVNEBVRG. A CONSILIIS AVLAE,
IVRIVM IN ILL. GEORGIA AVGVSTA PROFESSORIS
PVBL. ORD.

VINDICIAE CAMBIALES.



PLVSCVLA PASSIM

AD


ILLVSTRATIONEM ARGVMENTI
INTERSERVNTVR

DE

M. CICERONIS M. T. FILII

EDVCATIONE, PROFECTIONE IN GRAECIAM, ET COM-
MORATIONE ATHENIENSI.

PROOEMIUM.

 **Q**uandoquidem iam octauum cura *Ratio et oc-*
Vhlii Diatribe mea de cambialis in- *caso scri-*
stituti uestigiis apud Romanos editur, *bendi.*
nolui deesse desiderio ueteris hu-
ius amici, de re publica litteraria et
de iuris prudentia in primis in dies prae-
clarius merentis, qui de noua ista editione me
eo animo tempestiue certiozem reddidit, ut,
si quid addendum mihi uideretur, illud cum
ipso communicarem.

Non adeo mihi sum Suffenus, ut nulla
plane emendatione opus habere putem opu-
sculum, ueluti primum exigui ingenii mei par-
tum, olim in lucem emissum. Sed opinio-
nis iam tum a me adoptatae ne nunc quidem
me poenitet. Neque hinc magnopere cura-
rem, quid adicerem, ea praesertim aetate,
qua seueriora studia et grauiora negotia mihi
reditum ad Musas amoeniores, quas tamen,
quamuis longo interuallo intermissas, cum se-
nectutem non minus oblectent, quam adole-
scen-

scientiam alant, deamare haud desino, fere praecludunt, nisi praeter omnem spem et expectationem aduersarium in hoc argumento nactus essem b. Siegelium, utpote ad loca Ciceroniana, in quibus uestigia quaedam cambii traiectionis latere existimaui, plane aliter interpretatum a). Pace itaque Manium uiri, quem licet in iure ciuili idoneum praeceptorem 1728. et sequenti una cum curae id temporis meae mandato iuvene, nunc uiro perillustri, sereniss. Ducis Saxo - Gothani a consiliis legationum sanctioribus, Friderico Carolo de Forstern, praesens, ac deinde absens etiam fautorem atque amicum maximopere coluerim, inter ICTos tamen elegantiores, cum iuri feudali atque cambiali potissimum operam dederit, referre non ausim; interpretationem eius hic paullo curatius examinare, meamque uberius defendere, ac nouis fulcire rationibus licebit.

a) *In der Einleitung zum Wechsel-Recht, part. II. cap. 1. §. 1.*





§. I.



Quod ad causam attinet, quam generatim adducit ex Schiltero a), cur Romanis prorsus incognitum fuerit negotium cambiale, ad illam quidem iam in ipsa *Diatribes* §. 9. satis respondi mihi uideor. Sed ut huic quoque responsioni nonnihil addam, primo contra Sigelium monendum est, Schilterum non dicere, Romanis id permutationis genus, quo pecunia in diuersis locis plurium personarum interuentu permutatur, penitus ignotum fuisse: sed hoc solum ait, illud ipsis minus cognitum fuisse. Quae uerba si ita intelligantur, uti accipi omnino in hunc sensum possunt ac debent, scilicet non adeo frequens adhuc atque usitatum apud illos fuisse, pecuniam uno loco soluere cuidam, alio alii reddendam; facile consentio, probe memor eorum, quae in *Diatribes* §. 4. de tenuibus instituti cambialis initiis dixi, quippe quod progressu demum temporis maiora incrementa cepit, atque cum ipsis commerciorum auctibus usu magis fuit frequenta-

Additamentum ad remouendam obiectionem ex Schiltero adductam.

tum *b*). Deinde etiam Schilterus haud dixit, unam eandemque apud Romanos fuisse monetam, quod ipsum, si dixisset, maxima Romanorum nummorum diuersitate facili negotio refelli posset; sed id tantum adseruit, omnes illorum monetas, cuiuscumque generis uel modi fuerint, per uniuersum imperii Romani orbem *c*) ualuisse. Quod eo minus mirari subit, quo magis constat, Romanos omnes uni, si non imperanti, certe imperio, siue in statu liberae rei publicae, quamuis etiam quodam modo mixto *d*), siue in statu regio et monarchico, paruuisse; neque supremae potestatis iura tam diuisa fuisse olim, quam quidem sunt nostris temporibus in Germania; ubi, quot Principes Imperii sunt, tot capita, totque sensus deprehenduntur; et ex quo, sicuti iam alibi *e*) dictum est, eminens illud monetandi ius imperatorum antea proprium cum illis communicatum fuit, crebrior eiusdem abusus maximum et priuatae et publicae rei attulit detrimentum. Ipsi uero Schiltero, et laudatae ab eo uiarum publicarum securitati continua Romanorum bella, cum ciuilia, tum extera, post Florum *f*) inter alios antiquitatum Romanarum scriptores a Petro Iosepho Cantelio *g*) ordine recensita, et uni quasi obtutui per indicem exposita, repugnant, quibus non modo Italia, sed uniuersus paene terrarum orbis grauiter fuit concussus. Sicuti enim

enim semper homo homini fuit lupus, et pauci etiam Ciceronis aetate fuerunt, qui legem a natura praescriptam sequuti sint, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum uelit h); sicuti iam olim de temporibus belli, quod nihil fere tuti relinquit, cecinit poeta:

crudelis ubique

Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago;
 ita facile inducimur ad credendum, uiatores quoque Romanos bellis feruentibus nec a diis suis uialibus, nec a magistratibus uiariis satis tutos praestari potuisse i), sed uariis infidiis expositos spoliationis pericula non sine ratione metuisse. Egregium huius rei exemplum ipse nobis exponit Cicero coniecturalem constitutionem ita illustrans k): *in itinere quidam proficiscentem ad mercatum quemdam, et secum aliquantum nummorum ferentem, est consequutus. Cum hoc, ut fere fit, in uia sermonem contulit, ex quo factum est, ut illud iter familiarius facere uellent. Quare cum in eandem tabernam diuertissent, simul coenare, et in eodem loco somnum capere uoluerunt. Coenati discubuerunt ibidem. Campo autem (nam ita dicitur post inuentum, cum in alio maleficio deprehensus esset) cum illum alterum, uidelicet qui nummos haberet, animaduertisset: noctu, postquam illos arctius iam, ut fit, ex lassitudine dormire sensit, accessit, et alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter ap-*

appositum e uagina eduxit, et illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium cruentatum in uaginam recondidit, ipse sese in lectum suum recepit. Haec siue uera fuerit narratio, siue ad illustrationem argumenti, quod hic tractat Cicero, efficta, fatis tamen innuit, facile ipsi, carissimum filium Athenas ablegaturo, et

*quid non mortalia pectora cogat
auri sacra fames, l)*

secum ponderanti, in mentem uenire potuisset, quae postea Ouidius *m)* de ferrea aetate cecinit:

Viuitur ex rapto. Non hospes ab hospite tutus.

Veriora sine dubio scripsit Brundusio, cum Terentiae suae post pugnam Pharsalicam, ad se quam meditabatur, profectioem his uerbis dissuasit *n)*: *in uiam quod te des hoc tempore, nihil est, et longum est iter, et non tutum.* Neque nauigationem et itinera maritima a praedonibus tuta fuisse; intelligimus ex iis, quae Cicero commemorat, dum uectigalia transmarina et agri Campani, quem fundum pulcherrimum populi Romani uocat, uectigal, inter se contendit *o)*. Quodsi uero etiam uias securas daremus; defuit tamen opportunitas commode ac sine multo sumtu nummos ipsos uel secum ferendi, uel alio transportandi, siquidem nec Graecorum Hemerodromi, quorum passim apud ueteres *p)* fit mentio, nec Romanorum angariae seu cursus publici, et

per

per interualla dispositi equites, quales sub Augusto demum et sequentibus imperatoribus potissime inualuerunt *q*), ad similitudinem postarum nostrarum, non solum in rei publicae, sed etiam in priuatorum usus institutarum, accedunt *r*).

a) Exercitat. ad Pandect. XXXII. §. 9.

b) Non alio modo comparatum est cum cambiis, quam cum reliquis hominum institutis ac inuentis, quorum praeludiis saepe casus fortuitus ansam praebuit, initiis ars accessit, et progressus industria humana ita gradatim iuuat atque promouit, ut tandem ad summum perfectionis gradum perducerentur. Id speciatim de arte typographica in *Vindiciis suis typographicis* obseruat ill. Schoepflinus, atque ex *Ciceronis lib. II. cap. 37. de natur. deor.* locum egregium adfert, ubi hic contra Epicurum, atomorum, ab elegantissimo saeculi nostri poeta Latino, eminentiss. quondam Cardin. Melchiore de Polignac in *Antilucretio lib. III.* tantopere oppugnantorum ac ludibrio habitorum, uindicem, disputatur, iam de arte typographica cogitasse uidetur, dum ait: *cur non idem putet, si innumerabiles unius et uiginti formae litterarum uel aureae, uel quales libet, aliquo coniiciantur, posse ex his in terram excussis Annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio an ne in uno quidem uersu possit tantum ualere fortuna.* Similem obseruationem de charta post tenues illas tabellas e papyro Aegyptia paratas ex contusis lineaminibus confecta nuper publici iuris fecit ill. Meermannus in *Admonitione de chartae nostratis seu lineae origine.* Breuiter, sed amoene, amoenum hoc argumentum de diuersis inuentorum gradibus tractat Auctor elegans *der Briefe die neueste Litteratur betreffend, part. VII. epist. 140. pag. 327.* cui iungi meretur laudati ab illo celeb. Euleri *praefatio ad Institut. calculi differentialis.*

c) Quam late uero patuerit, nemo historiae Romanae peritus ignorat. Cornelius Nepos in *uita Pomponii Attici cap. 3.* Romam domicilium orbis terrarum imperii uocat. Iactantiae tamen Romanos

hic postulat Gryphiander *de insulis*, cap. 15. n. 27.

d) Quod egregie contra Bodinum ueterum auctoritate suffultus ostendit Vincentius Cabotius uariar. iuris publ. et priuat. *Disputation*, lib. II. cap. 8. seq. apud Mearmannum in *Thesaur. iur. ciuil. et canon.* tom. III. pag. 622. seq.

e) In *Commentat. de emendatione legali rei monetariae in Germania perturbatissimae*, praemissa uiri consultissimi, Io. Frid. Kabii *Dissertationi inaugurali de pecunia mutuatitia tuto collocanda*; in qua etiam de obligatione cambiali non minus erudite, quam de aliis obligandi modis, agitur.

f) *De reb. gest. Romanor. lib. III.*

g) *De Roman. re publica, seu de re militari et ciuili Romanorum*, diss. I. cap. 1. sqq.

h) Vt philosophatur Cicero *de offic. lib. III. cap. 6.*

i) De his omnibus egregie egit Euer. Otto libro singulari *de tutela uiarum publicarum.*

k) *De inuent. lib. II. cap. 4.*

l) Virgil. *Aeneid. lib. III. u. 56. sequ.*

m) *Metamorph. lib. I. u. 144.*

n) *Ad diuers. lib. XIII. epist. 12.*

o) *Orat. II. pro lege agraria.*

p) Loca tibi indicat uir uariis scriptis de orbe erudito eximie meritis, Ioach. Ernest. de Beust. in *Versuch einer ausführlichen Erkläerung des Post-Regals*, part. I. sect. 2. §. 7. pag. 57. sqq.

q) Vt obseruat idem l. c. §. 8. pag. 59. sqq. Conf. Nicol. Bergierius *de publicis et militaribus imperii Romani uiis*, ex Gallica in Latinam linguam ab Henr. Christ. Henningio translatus, lib. III. sect. 4. sqq. apud Graeuium in *Thesaur. antiquit. Rom. tom. X. pag. 410. sqq.*

r) Conf. tituli *Cod. Theodos. et Iustin. de cursu publ. angar. et parangar.* ibique lac. et Dionys. Gothofredi.

§. II.

Remota igitur obiectione Siegelii generali, nihil superest, quam ut loca singula ex Cicerone in *Diatribis* §. 11. hanc in rem adducta huc repetendo dispiciamus, uter nostrum veri similiorem ipsis tribuerit sensum.

Interpretatio Siegeliana loci primi Ciceroniani.

Primus ex libro XII. epist. 24. ad Atticum desumptus ita habet: *de Cicerone tempus esse iam uidetur; sed quaero, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit? de totaque re, quemadmodum et quando placeat, uelim consideres.* Haec uerba non de pecunia speciatim agere, sed ita esse comparata, existimat Siegelius, ut omnes res ad uitam humanam necessarias comprehendant, adeoque sic accipi posse, quasi Cicero ex Attico quaesiuisset, quid sibi uideretur, resne ipsas, quibus opus habiturus sit filius, secum Athenas ferre debeat, an consultius esse putet, illas ibidem permutando sibi comparare? Si uero etiam formula ista loquendi ad pecuniam trahenda esset, qua Ciceronis filio Athenis opus fuerit, non alius tamen ipsi ex contextu uerborum sensus attribui posset, quam quod pater interrogarit, utrum nummi Romani Athenis cum nummis Graecis permutari queant. Frustra enim, si pecuniam traiecitiam iam tum usitatam sciuisset, Atticum de hac re consulturus, sed pronum ipsi fuisset, uiam iam

tritiam

tritam sine ulla haesitatione eligere sibi quoque ambulandam.

§. III.

Quae refellitur.

Verum enim uero haec omnia non tanti sunt ponderis, ut meam sententiam, quae nihilominus firmo stabit talo, labefactare, nedum tollere funditus possint. Quinimmo Cicero- nem non de aliis rebus permutandis cogitasse, sed de sola pecunia filio suo mediante permutatione subministranda sollicitum fuisse, eo magis adhuc persuasum habeo, quo minus credibile est, ipsum uoluisse filium Athenas ad mercaturam bonarum artium profecturum praeter uestimenta necessaria secum omnem siue librariam a), siue aliam supellectilem ferre, qua studiosi in Museis suis opus habent. Neque filius illas res Athenis aliter permutare potuisset, quam si alias eiusdem ualoris secum attulisset. Res enim si re, permutationis, res contra pecunia si comparatur, emtionis uenditionis contractum celebrari, etiam iis notum est, qui primis iuris scientiam labris degustarunt. Prius uoluisse patrem, ideo haud probabile est, quia sic incommodum plurium rerum ad transferendum filio tradendarum efugere non potuisset, quod tamen haud dubie studuit euitare. Itaque illum alterum maluisse, manifestum est. Ad res autem emendas pecunia fuit opus. Originem enim emendi uendendique a permutationibus repe-
tens

tens Paullus IC. b) sic scribit: olim non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium uocabatur, sed unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabat, quando plerumque euenit, ut, quod alteri superest, alteri desit. Sed, quia non semper, nec facile concurrebat, ut, quod tu haberes, quod ego desiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere uelles, electa materia est, cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis subueniret. Hanc autem materiam forma publica percussam, nummum puta, unicum illud optimumque rerum omnium, quibus mortales ad uitae sustentationem indigent, permutandarum instrumentum, non potuit non unice in animo habuisse prouidus pater, filio suo peregre abeunti, in tanta uarietate rerum, quae, utut dispares, ad communem tamen illam mensuram, pecuniam, facile aestimari, et aequo emi pretio possunt, omni modo prospecturus. Confirmatus in hac sententia fui ab ipso Cicerone, cum eundem hac tempestate relegendo in epistolam sequentem 27. libri XII. incidi, quippe in qua mentem suam clarius adhuc explicat, ita rescribens ad Atticum: de Cicerone ut scribis, ita faciam: ipsi permittam de tempore: nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu uidebis. Hanc permutationem autem non de diuersis nummorum speciebus, siue uulgo hodie sic dicto

dicto cambio minuto uel manuali, quo aliae erga alias de manu in manum quasi uadunt, sed de nummis uel Romae a Cicerone patre praenumerandis, et Athenis Ciceroni filio, procurante Attico, ab argentario quodam amicoue Atheniensi soluendis, uel Athenis filio suppeditandis, et a patre Romae reddendis, deque cambio adeo locali, mercantili, et traiectione intelligendam esse, plures suadent rationes.

a) Contrarium, quod ad libros tum manu solum scriptos attinet, ex Ciceronis filii epistola Tironi suo dulcissimo Athenis scripta (*lib. XVI. ad diuers. epist. 21.*) patet, ubi inter alia mandata petit ab eo, *ut quam celerrime sibi librarius mittatur, maxime quidem Graecus; addita ratione: multum enim mihi eripitur operae in exscribendis hypomnematis.* Librario- rum uero inspectionem ac directionem Tironi a Cicerone patre fuisse demandatam, colligitur ex *epist. 22. lib. XVI. ad diuers.*

b) *L. 1. D. de contrah. emt. uendit.*

§. III.

Primo enim nullum est dubium, quin, posteaquam in primis Sylla uictore exercitu imperio Romano Athenas etiam cum ceteris Graeciae, in prouinciam redactae, urbibus subiecisset a), nummi Rom. s. aenei, s. aurei, s. argentei Athenis cum nummis Graecis uel eiusdem uel diuersi ualoris et uersa uice Romae Graeci cum Romanis sine grandi difficultate, mediante pro re nata collybo, ad seruandam diuersae monetae aequalitatem utro-

Et aduersa interpretatio pluribus rationibus munitur.

utrobique introducto, potuerint permutari *b*). Hinc quaestio Domitiana fuisset, si Cicero de hoc permutationis genere Atticum interrogare, aut consulere uoluisset. Deinde ob molestam, periculi plenam, et sumtuosam ipsorum nummorum transportationem, de qua iam supra dictum est, haud dubie alterum permutandi modum Cicero praefereendum duxit. Quoniam uero nec is gratis peragi poterat, sed pro certa mercede demum locum habebat, cuius ipse, sicuti totius artis collybiticae, quam libenter ignorant litterarum cultores, se imperitum alibi *c*) profitetur, atque hinc rogat Atticum, ut caueat, ne pretium permutationis sit nimium; anceps ac dubius, cuinam potius argentario uel nummulario, quod hominum genus saepe non minus uorax ac lucri cupidum, quam numerariorum *d*) fuit, fidere, remque talis momenti tuto committere posset, amicissimum sibi Atticum, quocum a condiscipulatu coniunctissime uixerat, et qui iam saepius ipsum cura sua et prudentia, atque ex patria fugientem, ipsa re familiari *e*) iuuerat *f*), petit, ut bonum uirum indicaret, uel ipse, cum dudum magnam fortunarum partem suarum eodem traiecisset *g*), ut alias *b*), totam rem, ut diligens paterfamilias *i*), gubernaret. Quamuis enim, ut iam dudum monuit rectissime Simeon Bosius *k*), in colligendis et dirigendis hisce epistolis non ratio

tem-

temporum habita sit, quibus singulae scriptae sunt, neque certo semper constet, unde uenerint, quoue loco datae fuerint; quod si factum esset, earum XVI. uolumina qui legat, *non multum*, ut putat Cornelius Nepos, *l) desideret historiam contextam illorum temporum*; facile tamen ex serie rerum a Cicerone domi militiaeque gestarum colligi potest, illum tum, ex Asia et Cilicia dudum reducem factum, longius Athenis abfuisse, quam Roma, ubi contra iam circiter sexagenarius Atticus aetatis uacatione usus, et quiete prudentissime fruens, interque procellas grauissimas incolumitate gaudens plurimam partem est commoratus *m)*. Quod ut clarius pateat, haud abs re fuerit, hic inuestigare, quo tempore consilium ceperit Cicero filium Athenas, ubi ipse olim eloquentiae pariter atque philosophiae operam dederat, *n)* mittendi. Id autem non rectius definire poterimus, quam si ex uita eius *o)* breuiter obseruemus, quomodo tum res ipsius domesticae fuerint comparatae.

a) Vid. Plutarchus in *Sylla*.

b) Libras Latinas, Atticas, et Graecas pariter, atque diuersas nummorum Romanorum et Graecorum tam ex aere, quam ex auro et argento conflatorum, species inter se adaequat, et permutandi illas inuicem modos ostendit, nec non cum monetis Gallicis, Germanicis, Britannicis, Flandricis, et Hispanicis comparat Alexander Sardus de *nummis* apud Graeuum in *Thesaur. antiquit. Roman.* tom. XI. pag. 1718. *sqq.* Conf. Robertus Cenalis de ue-

ra mensurarum ponderumque ratione apud eundem tom. VIII. pag. 1557. sqq. Add. Io. Frid. Ioachimi *Vnterricht von dem Münzvesen*, cap. 3. seq.

c) *Lib. XII. epist. 6. ad Atticum.*

d) *Conf. l. 1. c. de numerar.*

e) *Teste Nepote in uita Attici cap. 4. §. 4.*

f) Quantum uicissim Attico profuerit amicitia Ciceronis, memoriam ipsius ab obliuione uindicantis, Seneca *epist. 21.* indicat: *nomen Attici perire Ciceronis epistolae non sinunt. Nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener, et Drusus Caesar pronepos; inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum aperuisset.*

g) *Teste Nepote in uita eius cap. 2. §. 3.*

h) *Conf. epist. 25. lib. XII.*

i) *Quo nomine laudatur a Nepote cap. 14. §. 7. et cap. 12. extr.*

k) *Animaduers. in Epist. Cic. ad Attic. lib. I. epist. 1.*

l) *In uita Attici cap. 16. §. 3.*

m) *Vt colligo ex eius uita cap. 7. §. 1. sqq. et cap. 9. §. 3. iuncta epist. 18. lib. V. ad Attic.*

n) *Vid. Io. Meursius de fortuna Athenarum cap. 8. apud Gronou. Thesaur. antiquit. Graecar. tom. V. pag. 1726.*

o) In hac describenda plures operam alter altero feliciter accuratiorumque collocarunt. Lambini *Biographia Ciceronis*, operibus eius praemissa, nimia breuitate laborat. Petri Rami *Ciceronianus* magis spectat ad stili imitationem, quam ad historiam uitae. Corradi *Quaestura Ciceronis* arctioribus tota uita limitibus circumscripta est. Nimis e contrario diffuse ac ultra metam historiae particularis res Ciceronis gestas, utut ipsis eiusdem uerbis, Guilielmus Bollendenus, Scotus, supplicum libellorum magister augusti regis M. Britanniae, et, iudice Thoma Dempstero in *Notis ad Rosini Antiquit. Rom. pag. 792.* uir summae eruditionis limatissimique iudicii, in magna molis opere postumo, bonae frugis ceteroquin plenissimo, de tribus luminibus Romanorum, descripsit. Breuior, sed longe accuratior in Heinecc. *Elem. iur. camb.* illa

illa enarranda fuit Plutarchi ipsiusque Ciceronis uestigia sequutus Franciscus Fabricius, Marcoduranus, cuius *Historiam M. Tullii Ciceronis* hinc merito pro summo suo de re publica litteraria bene merendi studio dignam iudicauit uir summe reuerendus, Io. Aug. Ernesti, elegantissimus elegantioris uetustatis arbiter, quam castigatissimae suae editioni operum Ciceronis praemitteret. Inter Anglos praecclare de uita hae meritus est Middletonus in *the History of the Life of M. Tull. Cicero*, quae Dublini 1741. duobus uoluminibus in 8. prodiit, et ab Abate Prevost Gallice reddita est. Post illum e Gallicis amplissime eandem telam praetexuit Morabinus in opere duobus tomis *Parisiis* 1745, 4. edito sub tit. *Histoire de Ciceron, avec des Remarques historiques et critiques.*

§. V.

Quo tempore Cicero iter suum suscepit Athenas, inuestigatur.

Quam tenero sit affectu Cicero profectus liberos suos, pluribus enarrare nihil attinet. Id tamen silentio hic praetermitti nequit, ipsum de commodis et dulcissimae filiolae, et melliti a) filii, et cari ex fratre nepotis, plurimum semper cogitasse, suorumque sibi salutem maximae curae cordique habuisse. Discimus hoc ex uariis epistolis, partim ex suo exilio b), partim aliunde cum ad Atticum, tum ad familiares alios, scriptis. Mox enim apud Atticum de Dionysio liberto c), quem ipsius potissimum iudicio regendis studiis moribusque istorum adolescentum praefecerat, sed postea a se, ut magistrum Ciceronum, non lubenter, ut hominem ingratum, non inuitus dimiserat d), conquestus, Cicerones suos se malle suo potius labore subdoceri, quam alium iis magistrum quae-

quaerere, scribit e). Mox Caninio Sallustio pro quaest. respondens, ex Cilicia, quam ereptam piratis f) prouinciam in Asia ex praetura sortitus g) fuerat, inter alia meminit b) Rhodum, ubi olim ipse Apollonium Molonem, cui etiam Romae operam dedit, audierat, Ciceronum causa puerorum se accessurum i), qui ibidem tum amabant inter se, discebant, exercebant, sed alter, uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis, alter calcaribus egebat k). Mox Ciceroni suo, quoniam Roma careat, Arpini potissimum togam puram se dedisse, Attico suo nuntiat l), quam cum praetexta pueros Rom. uirilem aetatem ingredienti, in exitu scilicet anni XV. commutasse, Rosinus m) ipso hoc Ciceronis exemplo confirmat. Hunc tamen morem non perpetuum, sed imperatorum aetate mutatum fuisse, cum ipse statim addit, tum alii monent, qui praetextatos anno demum XVII. togam uirilem sumfisse, memoriae prodiderunt n). Quidquid horum sit, Cicero adolescens uel iubente, uel permittente patre, bello inclarescere cupiens non solum praelio Philippensi sub Bruto interfuit, sed etiam post huius mortem Pompeii contra Caesarem pugnantis castra sequutus est, atque ex pugna Pharsalica, licet uicto Pompeiano exercitu, multa cum laude discessit o). Post hanc demum militiam a. u. c. 708. quo Cicero pater annum aetatis suae LXII. filius

circiter XVIII. uel XVIII. egit, si recte hic
 calculos Fabricius in *Historia uitae Ciceronianae*
 subduxit, et postquam diu multumque cum
 Attico per litteras, utrum ipsi ad bellum His-
 panicum Iulium Caesarem sequi permittere
 deberet, nec ne, deliberasset *p)*, eum Athe-
 nas mittere, consultius duxit. Transierat sci-
 licet M. Tullius Cicero, quamuis ultra sexa-
 ginta iam annos haberet, eodem anno post
 factum prima cum uxore Terentia diuortium,
 ad secundas nuptias cum Popilia seu Publilia
q), quam uirginem, siue, ut illius facultatibus
 se aere alieno liberaret, ut ait Q. Fufius Cale-
 nus in oratione conuiciis plena contra ipsum
 pro Antonio habita *r)* siue, quod torus alge-
 ret, duxerit, matrimonium hoc ratione aeta-
 tis quidem inaequale, sed non penitus a de-
 crepito initum, ipsi obiurgantibus: *cras mulier*
erit, festiue respondisse fertur *s)*. Cum au-
 tem M. Cicero propter inductam nouercam in do-
 mo patris amplius manere nollet, sed separa-
 tim habitare animo intenderet, forte etiam ob
 metum imminentis Romae tempestatis turbi-
 dae, et fortuitae uicissitudinis *t)*, a patre, com-
 municatis antea iterum cum Attico hac de
 re *u)* consiliis, Athenas fuit ablegatus. Se-
 quentia enim ad hunc scripsit *x)*: *Ciceroni ue-*
lim hoc proponas, ita tamen, si tibi non iniquum
uidebitur, ut sumtus huius peregrinationis, qui-
bus, si Romae esset, domumque conduceret, quod
facere

facere cogitabat, facile contentus futurus erat, accommodet ad mercedes Argileti et Auentini, et cum ei proposueris, ipse uelim reliqua moderere, quemadmodum ex his mercedibus suppeditemus ei, quod opus sit, praestabo, nec Bibulum, nec Acidinum, nec Messallam y), quos Athenis futuros audio, maiores sumtus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipitur. Itaque uelim, uideas, primum, conductores qui sint, et quanti; deinde, ut sit, qui ad diem soluat, et, quid uiatici, quid instrumenti satis sit. Iumento certe Athenis nihil opus est. Quibus autem in uia utatur, domi sunt plura, quam opus erat: quod etiam tu animaduertes. Ex hac epistola satis adparet, Ciceroni, utpote, quamuis alias opibus satis instructo, tum tamen forte obaerato adhuc, pecuniam non adeo fuisse expeditam, ut statim abiturienti filio, quod opus esset, numerari potuisset. Itaque ad sumtus Athenis faciendos ei conductores suos adsignat, huiusque totius rei moderatorem Atticum constituit atque administratorem z). Iam alibi uero aa), et fere circa idem tempus, ubi mandata sua ipsi explicanda commendat, ac de bonis suis loquitur, hunc in modum scripserat: incredibile est, quam ego ista non curem. Omni tibi asseueratione adfirmo, quod mihi credas uelim, mihi maiori offensionem esse, quam delectationem, possessiunculas meas. Non minus ergo lautas condiciones in hac epistola filio suo promittit,

quam reliqui iuvenes ex illustribus Romanorum gentibus, eodem tempore Athenis uiuentes, habituri forent. Quin iterum Attico *bb)*, ubi de *mercedibus dotalium horum praediorum* mentionem facit, liberaliter addit: *quae si fideliter Ciceroni curabuntur, quamquam uolo laxius, tamen ei propemodum nihil deerit.* Quo magis autem hunc scopum obtineat, rogat Atticum in epistola supra allata, ut solutionem statis diebus faciendam ipsi curet. Quae porro de uiatico monet, haud obscure innuunt, non plus paratae pecuniae Ciceronem secum ferre debuisse, quam ad iter conficiendum sufficeret. Per instrumentum uero, cuius simul meminit, nullum aliud intellexisse uideatur, quam quod alias *cc)* ad optimas artes comparandas necessarium iudicauit. Roma, uel ex uilla quadam patris uicina, profectum Athenas esse Ciceronem filium, ex ultimis epistolae huius uerbis colligere licet, quibus significat pater Attico, iumentorum, quibus in uia utatur, Athenis contra facile carere possit, domi satis esse, siue ad sarcinas eius ferendas, siue ad currum, quo ipse uehertur, trahendum. Neque ipsi defuisse homines a iumentis, seu, qui iumenta curarent, existimandum est, quo nomine muliones, carrucarios, lecticarios, rhedarios, aliosque urbanum famulitium magnatibus praestantes ueniebant *dd)*. Ciceronem patrem uero tempore

pore huius profectiois non amplius Romae fuisse, inde patet, quod ibi quidem ipsum, ut Leptae, initio belli Hispaniensis, scribit *ee) tenuit omnino Tulliolarum suarum, sibi sua uita dulcioris ff), partus, sed ex illo secuta mors, et ex hac maximus moeror animi inde Asturam se conferre coegit, ubi pariter atque in ceteris uillis maximam illius anni partem ad leniendam doloris acerbitatem in philosophiae studiis consumpsit, nihilque sibi amicis solitudine iudicauit gg), misso quoque Publiliae nuntio, quod Tulliae, a tertio suo marito, Dolabella, etiam dimissae, obitu laetari uisa esset bh). Post hunc autem demum filius iter suum Athenas suscepit, non solum a L. Tullio Montano ii), sed etiam a Tullio Marciano kk), duobus patris libertis, tamquam uitae morumque rectoribus studiorumue sociis, comitatus ll), et Cratippo, scholae peripateticae principi, ad dirigenda studia in primis commendatus mm). Si itaque, uti nullum est dubium, eadem uia trita, Appia scilicet, est usus, qua pater, inde ex suo exilio reuocatus, Dyrrachio profectus per Brundisium, Neapolim, Capuam, Sinuessam, Minturnas, Formias, Terracinam, et demum Ariciam, Romam uenit nn): facile quilibet de longitudine itineris poterit iudicare.*

a) *Ad Attic. lib. I. epist. 18. lib. II. epist. 2. lib. III. epist. 19.*

b) *Conf. Epist. I. sqq. lib. XIII. ad diuers.*

c) De eo lib. VI. epist. 1. ita ad Atticum: *Dionysius mihi quidem in amoribus est, pueri autem aiunt, eum furenter irasci, sed homo nec doctior nec sanctior fieri potest, nec tui meique amantior.* Conf. epist. 4. 7. 8. et 26. lib. VII. epist. 15. lib. VIII. epist. 2. lib. X.

d) Lib. VIII. epist. 10. Conf. epist. 5. eiusdem libri.

e) Epist. 4. *ibid.*

f) Vid. Appianus de bell. Syr. p. m. 191. et Franc. Robortellus de prouinciis Romanorum apud Graeuum Thesaur. antiquit. Rom. Tom. III. pag. 7.

g) Epist. ad diuers. lib. III. epist. 2.

h) Epist. ad diuers. lib. II. epist. 17. Conf. epist. 7. lib. VI. ad Atticum.

i) Iam ante quoque ad Atticum lib. V. epist. 18. ex Asia scripserat: *Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed, si opus erit, deducentur Rhodum; et epist. 19. Deiotarus, cuius auxiliis magnis usus sum, ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam uenturus erat.*

k) Ad Attic. lib. VI. epist. 1. cum qua conf. epist. 2. lib. VI. ubi ex ista sua peregrinatione militiae sua magnum illud quidem, uerum tamen multiplex pueri, i. e. filii, ingenium laudat, quo ipse regendo habere e negotii satis addit. De Quinto uero suo ex fratris et Attici ex sorore nepote habes iudicium epist. 6. 11. et 12. lib. X. et epist. 27. lib. XV.

l) Lib. VIII. epist. 19.

m) Antiquit. Rom. lib. V. cap. 32. pag. 271.

n) Conf. Salmuth. ad Panciroll. lib. I. tit. de habitu et uestim. De officio togae purae, modestia in eo, qui illam sumeret, desiderata, ritumque die togae pueritiam exuendi, et deinde anno circiter uicesimo barba rafa iuuentutem deponendi, pluribus agit H. F. Salomon de officiis uitae ciu. Romanor. cap. 2. sqq. apud Albert. Henr. de Sallengre in Thesaur. antiquit. Rom. tom. III. pag. 661. sqq. Add. Gothofr. Barthius in Diss. de barba, quae inter Dissertationes eius, a perill. Gebauero iunctim editas, ultimum occupat locum, lemmat. 5. n. 159. ubi uno eodemque tempore et barbam, et praetextam puerilem fuisse depositam, contendit.

o) Lo-

o) Locum hic sibi vindicant, quae pater ad filium *Offic. lib. II. cap. 13. §. 3.* scripsit: *prima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest: in qua multi apud maiores nostros exstiterunt; semper enim fere bella gerebantur. Tua autem aetas incidit in id bellum, cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Quo tamen in bello quum te Pompeius alae alteri praefecisset, magnam laudem et a summo viro et ab exercitu consequere equitando, iaculando, omni militari labore tolerando. Hanc uero alae praefecturam b. Weinreichius, cuius mei in illustri lyceo Meinungenfi praeceptoris humanissimi memoriam sancte semper colo, in notis suis per dignitatem magistri equitum interpretatur, de quo praeter alios militiae Romanae scriptores plura habet Spanhemius de usu et praestant. numismat. diff. XII. tom. II. pag. 364. Tempus autem, quo ista in campis Pharsalicis gesta sunt, accurate determinare studuit Io. Baptista Bellus in *Diatr. de die Pharsalici praelii apud Graecium in Thes. antiquit. Roman. tom. VIII. pag. 714. sqq.**

p) *Epist. 17. et 19. lib. XI. epist. 7. lib. XII.*

q) *Vt lib. XII. epist. 32. ad Atticum nominatur.*

r) *Testis est Quintilianus Inst. orat. lib. VI. cap. 3.*

s) *Vt apparet ex loco Appiani infra ad finem §. 7. adducti.*

t) *Vid. epist. 13. et 17. lib. VII.*

u) *Lib. XII. epist. 32.*

x) *Tres uero hi iuvenes omnes ex familiis insignibus, primus ex Calpurnia, secundus ex Manlia, tertius ex Valesia, post Valeria dicta, fuerunt orti, de quibus uid. Ant. Augustinus de familiis Romanorum apud Graecium in Thes. antiquit. Roman. tom. VII. pag. 1170. 1236. et 1276. de Ciceronis gente Tullia uero Rich. Streinius de gentibus et familiis Romanorum, ibid. pag. 1132.*

y) *Nam omnia Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Romanorum negotia procurabat, ut testatur Nepos in uita eius cap. 14. extr.*

z) *Lib. XIII. epist. 23.*

L 5

aa) *Lib.*

aa) *Lib. XV. epist. 20.*

bb) *De finib. lib. II. cap. 34.*

cc) Vti ad inscriptionem ueterum adnotauit Iac. Sponius *Miscellan. erudit. antiquit.* apud Ioannem Polenum *tom. X. Supplem. nou. Thesaur. antiquit. Roman. et Graecar. pag. 1066.* in cuius *tom. V.* et Pyrrhi Ligorii et Ioannis Schefferi *de re uehiculari ueterum opuscula continentur.*

dd) *Lib. VI. ad diuers. epist. 19.*

ee) Vt Terentiae suae scribit *lib. XIII. epist. 7.*

ff) *Lib. XII. epist. 14. seq. ad Atticum.*

gg) Vt refert Fabricius in *Historia Ciceronis ex Plutarcho.*

hh) *Lib. XII. epist. 52. ad Attic. Conf. lib. XVI. epist. 15.*

ii) *Ibid. epist. 53.* ubi Cicero ita ad Atticum post mentionem de huius litteris epiroticis factam: *misi ad te epistolas ad Marcianum et ad Montanum. Eas in eundem fasciculum uelim addas, nisi forte iam dedisti.* Intelligit autem, ut Manutius hic et Corradus adnotant, fasciculum in Epirum mittendum, et ex Epiro deinde Athenas deferendum, ubierant *Marcianus et Montanus cum Cicerone filio.*

kk) Narrat quidem Dio *Histor. Rom. lib. XXXV. p. m. 430,* Ciceronem ab urbe profectum, ut filium Athenas in disciplinam mittendum comitaretur. Sed huic comitatu repugnant epistolae de filii profectioe ad Atticum datae, et a me excitatae. Neque hic a. u. 710. qui in Dione *l. c.* nominatur, sed a. 708. Athenas profectus est. Patris uero cursus Achaicus et inde reditus ad a. 709. pertinet, quo illum retulit Fabricius in *Historia Ciceronis.* Neque illo biennio, quod filius Athenis forte consumsit, patrem eo uenisse, ex uerbis patet, quibus libros *de officiis* finiens illi ultimum uidetur ualedixisse, uti *S. Aurelii Victoris de uiris illustr. cap. 85,* *Velleii Paterculi lib. II. cap. 66.* aliorumque testimoniis de mox secuta ipsius proscriptione et occisione munitus suspicatur b. Weinrichius ad *l. c.* eleganter huc illud Ouidii *Tristium lib. III. eleg. 3. u. 87. sequ. ap- plicans:*

*Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
Quod, tibi qui mittit, non habet ipse, uale.*

ll) Vid.

II) Vid. Middleton. in *Vit. Ciceron. tom. II. pag.*
200.

mm) Vt Fabricius *l. c.* ad a. u. c. 696. ex eius
epistolis ad Atticum commemorat.

§. VI.

Alter locus, ex quo dilucidius adhuc ap- Secundi loci
paret, Ciceroni non de cambio manuali, sed Ciceroniani
locali, sermonem fuisse, *lib. XV. epist. 15. ad* uberior ex-
Atticum inter alia sic habet in fine: *quare ue-* plicatio.
lim, cures, ut permutetur Athenas, quod sit in
annuum sumtum. Id scilicet Eros numerabit. Eius
rei causa Tironem misi. Ad haec uero contra
me commentatus Siegelius sibi finxit, Cicero-
nem, certio rem factum, quantum pecuniae
per annum filius Athenis mutuo sumferit, et,
quomodo restitueret, secum deliberantem,
Attico proposuisse, se uelle Tironem Athe-
nas mittere, ut ibidem ope Erotis pecuniam
mutuo acceptam soluat, quam Atticus dein-
de curare debeat permutandam. Hinc iti-
dem, permutationem non Romae, uti ego cre-
didissem, sed Athenis, et quidem unius mo-
netae cum alia factam esse, arbitratur. Sed
quicumque epistolae istius, quam ideo fere
totam in *Diatribae* exhibui, contextum inspexe-
rit, atque secum perpenderit, facile animad-
uertet, quam egregie falsus sit Siegelius, circa
ultima solum eiusdem uerba haerens, quae
tamen etiam in se spectata satis luculenter
ostendunt, permutationem illam non Athenis a),
sed

sed Athenas *b)* factam, ac proinde multo uerisimilius esse, Ciceronem annum sumtum, filio Athenis suppeditatum, Romae per Erotem, non Atheniensem, sed Romanum procul dubio, ipsumque illum Q. Turii libertum *c)*, qui ipsius rationes procurabat *d)*, siue rationalis, siue adiutoris officio functus *e)*, reddendum curare uoluisse, atque hanc ob causam Tironem, Quinti fratris libertum *f)*, cuius opera non solum ad describendos libros, sed etiam ad alia negotia et publica et priuata, in primis ad rationes suas cum dicto Erote explicandas *g)*, uti solebat *h)*, non Athenas, quod longum iter non sine magno sumtu fieri potuisset, adeoque ualde aduersum futurum intentioni patris, breuiorem commodioremque uiam praeferentis, fuisset, sed Romam, a qua neuter tum adeo longe aberat, misisse. Video nunc non sine magna uoluptate, Paulum Manutium, qui lectoribus Ciceronis gratissimam utilissimamque operam praestitit, quod epistolis eius ad Atticum ualde concisis, et hinc saepe obscuris, lumen affudit, eundem sensum huic loco tribuisse; dum ad uerbum: *numerabit*, haec adnotauit: *quantum tu Athenis filio permutandum curaueris, tantumdem tibi Eros numerabit*; et ad uerba: *eius rei causa*, addidit: *ut cognitis cum Erote rationibus curaret, quod tibi numeraretur*. Noluit scilicet prouidentissimus pater amantissimo filio, de quo

tam

tam bene sperabat, ulla ratione deesse. Quare, cum hic apud Tironem conquestus esset, sibi, annuo licet tempore iam confecto, nihil amplius datum esse, necessitatibus eius subuenire properauit, *ad dignitatem suam pertinere existimans, illum non modo liberaliter a se, sed etiam ornate cumulateque tractari, atque turpe sibi iudicans e contrario, illum, qualiscumque sit, primo statim anno egere.* Hinc honestissime copiosissimeque tuendum Attico, quem non cognomen solum Athenis, sed humanitatem et prudentiam deportasse nouerat *i)*, semel atque iterum commendauit *k)*. Et quamuis, post se moderaturum diligentius, scripserit, Atticumque, quem antea, quantum uideretur, ut filio suppeditaret, rogauerat, laudarit *l)*, quod filium a liberiore uiuendi ratione, ad quam facile seducuntur iuuenes, in transuersum acti raptiue, nimiisque sumtibus, quos inprimis in luxuriam gulosi sui et bibaculi in arte oratoria magistri, Gorgiae, impenderat, dehortatus sit, contractum tamen ab eo aes alienum non solum exstinxit, sed etiam annum sumtum auxit, motus non solum filii resipiscens atque ad bonam frugem redeuntis *m)* litteris, et inde intellectis profectibus eius, ob quos illi eo magis indulgendum putauit *n)*, sed etiam aliorum, praeclara de illo scribentium *o)*, et patri de filio tam digno gratulantium, Trebonii praesertim, qui ipsum Athenis *deditum optimis studiis summaque modestiae fama uiderat*

derat p), epistolis laudibusque, quibus se libenter credulum praebuit q), atque hinc gratissimum sibi fuisse, Attico testatus est r), quod pollicitus esset, *Ciceroni nihil defuturum* s).

a) Vt Iosephus Scaliger aliique hic legunt.

b) Vulgatam lectionem recte retinent Gronovius et Graevius.

c) Quem Cicero Cornificio commendat *lib. XII. epist. 26. ad diuers.*

d) Vt praeter hanc epistolam docent 17. et 20. eiusdem libri, nec non 2. 13. et 15. libri XVI. et 25. libri XII.

e) Quales occurrunt in lapidibus apud Sponium *l. c. pag. 1067.* Habuisse uero etiam Ciceronem alios, M. Tullii scribae seu secretarii sui exemplum docet *lib. V. epist. 20. ad diuers.*

f) Vt patet ex *epist. 16. lib. XVI. ad diuers.*

g) *Lib. XVI. epist. 24. ad Atticum.*

h) Testatur hoc ipse Cicero de Tirone suo, quem in inscriptione *epist. 20. lib. VI. ad diuers.* humanissimum adpellat, et cuius innumerabilia in se laudat *epist. praeced. 19. officia domestica, forensia, urbana, prouincialia, in re priuata, in re publica, in studiis, in litteris suis.* Conf. *epist. 2. et 5. lib. VII. ad Atticum.*

i) Vt de ipso praedicat in *Catone maiore cap. 1.*

k) *Lib. XIII. epist. 7. 11. 16. et 17. lib. XV. epist. 17.*

l) *Lib. XIII. epist. 1.*

m) Testis huius poenitentiae est *epistola* Tirone suo dulcissimo scripta *21. lib. XVI. ad diuers.* qua non solum errata aetatis suae agnoscit, sed etiam praeceptis patris, de dimittendo statim Gorgia, quantumuis in quotidiana declamatione utilis fuisset, sine mora et tergiuersatione se paruisse, scribit.

n) *Lib. XIII. epist. 7. lib. XV. epist. 15. seq.*

o) *Epist. cit.*

p) *Lib. XII. epist. 16. ad diuers.*

q) Vt scribit Attico *lib. XV. epist. 16.*

r) *Lib.*

r) *Lib. XV. epist. 17.*

ſ) Solebat autem Atticus, pecuniosus, quod Nepos in *uita cap. 9. §. 1.* ei laudi uertit, non fortunae, sed hominibus amicus esse, atque ideo saepe amicis suis, non secus absentibus, quam praesentibus, pecuniam sine foenore, sineque ulla stipulatione credere. In *uitendo* etiam, ut idem *cap. 15. §. 1.* de eo praedicat, quod semel annuisset, tanta erat cura, ut non mandatum, sed rem suam uideretur agere.

§. VII.

Pertinet huc uel maxime *epist. 1. lib. XVI.* Quae alio ubi ita Attico: *de ccx. optime Ciceronis rationes explicentur. Ouius enim recens: is multa, quae uellem: in his ne hoc quidem malum, in mandatis sat abunde: H - S LXXII. satis esse, affatim prorsus; sed Xenonem perexigue, et γλίσχεως praebere, id est, minutatim: quo plus permutasti, quam ad fructum insularum, id ille annus habeat, in quem itineris sumtus accessit. Hinc ex Kal. April. ad H - S LXXX. accommodetur. Nunc enim insulae tantum; uidendum enim est, quid, cum Romae erit; non enim puto, socrum illam ferendam. Ex hac enim, si cum altera illa, scilicet §. 15. lib. XV. conferatur, et nouum sententia mea robur accipit, et Siegeliana penitus conuellitur. Vult hic Cicero, prouti in suis ad hunc locum commentariis probe obseruauit Paullus Manutius, ut uideat Atticus, quantum iam acceperit filius, ex quo Athenis fuerit, et, si minus ei datum erit, quam in annum sumtum fuerat promissum, reliquum ipsi persoluendum curet. Conuenerat autem, uti supra ex *epist. 32. lib.**

Ciceronis loco plenius illustratur atque corroboratur.

lib. XII. intelleximus, ut ipsi tantum per annum daretur, quantum ex fructu insularum, in Argileto et Auentino ad ipsum spectantium *a)*, uel ex mercedibus eorum, qui illas conduxissent, redigeretur *b)*. Quoniam autem illo anno, quo Athenas profectus est, tantum modo H - S LXXII, sequenti uero LXXX. locatae fuerant; si quid plus permutauerit Atticus Athenis Ciceronis caussa, id ei supra annum impensam in sumtus itineris concedit, praesertim cum Xeno, qui, Attico mandante, pecuniam Athenis Ciceroni numerabat, per exigue atque minutatim soluisset, quamuis pater nihil ab eo, utpote sibi tam, quam Attico, dilecto *c)*, neque indiligenter, neque iliberaliter factum esse, arbitretur *d)*. Ex Kalendis autem April. tamquam annui temporis initio, nouam summam ad H - S. LXXX. autam *e)* adsignat filio eodem permutationis genere ex redditibus iisdem insularibus, interueniente Attici mandato, accipiendam, non uero Athenas Roma mittendam, ubi tum propter comminutam diuortio cum Publilia, uel ex odio matris, uel ex amore Cerelliae *f)* faciendo, et hinc dote reddenda, rem familiarem, res angusta domi erat *g)*.

a) Non fuisse has insulas uel in mari, uel in fluuio, sed in ipsa urbe Roma sitas, inde colligere pronum est, quod *Argiletum locum fuisse in urbe prope palatium, ubi tabernae opificum erant, praesertimque bibliopolarum, a quo Argiletanae dicebantur, Varro*
de

de lingua Latin. III, 32. nos docet; quem Seneca *Consolat. ad Marciam, cap. 8.* Romanorum doctissimum; et Quintilian. *Instit. orat. lib. X. cap. 1.* peritissimum linguae Latinae et omnis antiquitatis uocat. Auentinum contra montem urbis fuisse, siue ab *auibus*, siue a rege Aboriginum *Auentino* ita dictum, inter omnes antiquitatum Romanarum notitia uel leuiter tinctos constat. Insulas autem Romae adpellatas fuisse aedes grandiores uicinis aedibus non communi pariete coniunctas, sed ita ab iis separatas, ut undique circumiri possent, et suo ambitu continerentur, quales in descriptione urbis non paucae occurrunt, ad epitaphium insularii seu insularum custodis obseruat Sponius *l. c. pag. 1091.* Conf. Pitisci *Lexis. antiquit. Rom. h. u.* De situ Argiletii pariter atque Auentini uid. Bartholomaei Marliani *Topographia urbis Romae, lib. III. cap. 13. et lib. IIII. cap. 3.* Onuphrius Panuinius, Guido Pancirolus, et reliqui auctores, regiones urbis atque domos insulasque urbanas describentes, apud Graeuum *tom. III. Thesaur. antiquit. Roman.* De insulis talibus uero ipsis, quarum passim meminit Cicero, et Vitruuius de *Architectura lib. 1. cap. 7.* uid. Cuiacius *Obseruat. lib. 1. cap. 4.* et Gryphander in *tract. de insulis cap. 1. n. 3. sqq.*

b) Conf. *lib. XV. epist. 17. ad Atticum.*

c) *Lib. V. epist. 10. et 11. ad Atticum.*

d) *Lib. XVI. epist. 3.*

e) De hoc augmento, eiusque caussa impellente, ita Middletonus in *Vita Ciceronis, uol. II. pag. 636.* Butthe youngmann was soon made sensible of his folly, and recalled to his friends, and particularly of Atticus, so that his Father readily paid his debts, and enlarged his allowance, which seems to have been about seven hundred pounds per annum. Vtrum uero calculos recte subduxerit, nec ne, uiderint ii, qui nummos Romanos ad nostrae pecuniae rationes exegerunt. Conf. b. Gesnerus in *Thesaur. lingu. Latin. uoc. sestertius*, et ab eo laudatus Eifenschmidius, nec non Io. Frid. Gronouius de *pecunia uet.* Add. praeter reliquos rei nummariae scriptores Er. Puteani *pecuniae Romanae ratio facillimo ad nostram calculo reuocata, cap. 7. sqq.* apud Alb. Henr. de Sallengre in *Thesaur. antiquit. Rom. tom. III. pag. 1184. sqq.* et Aldi Manutii *dissertatiuncula de sestertiis ibid. tom. I.*

pag. 834. seq. Siue autem ad Britannicam, siue ad Gallicam, siue ad Italicam Germanicamque monetam H - S. LXXX. annuo sumtui destinata, reducas, circiter 4000. imperialium summam exaequabunt, quae pro conditione illustris adolescentis, tam honorabili militiae gradu iam functi, nunc duobus sociis seu ephoris, et aliquo saltem, licet non frequenti, famulitio stipati, commode procul dubio habitantis, condigne uestiti, honeste uiuentis, et saepe cum praeceptoribus suis coenantis, praeter litterarum studia forte etiam artem equitandi iaculandique, quam ipse pater in illo tantopere laudat, magis magisque exercentis, ac magistros suos honorariis et didactis non defraudantis, interdum haud dubie etiam iumenta, qualia ipsum secum ducere, ibique alere noluit pater, mouendi corporis gratia, conducentis, non adeo magna uidetur fuisse, nisi putes, tantam eo tempore omnium rerum uilitatem Athenis fuisse, quanta fuit Aristophanis et Demosthenis aeuo, quo homines frugiuix obolum in diem consumserunt, et legati, quibus tamen magnifice atque e publica dignitate uiuendum erat, duas tantum drachmas in diem quemque acceperunt, ut ex ipsis his scriptoribus obseruat Meursius *de fortuna Athenarum cap. 4.* apud Gronouium in *Thesaur. antiquit. Graecar. tom. V. pag. 1701.* Alia certe fuit florentissimae urbis post castigationem Syllanam nimis asperam facies, Plutarchi, Appiani, Pausaniae fide ab Vbbone Emmio in *App. de inclinat. et interitu rei publ. Attic.* apud Gronou. in *Thes. antiquit. Graec. tom. IIII. pag. 629.* et a Wolfgang. Lazio in *Graecia antiqua lib. II. cap. 1. ibid. tom. VI. pag. 3553.* descripta. Et quamuis ex ingenti clade post Syllae mortem rursus emerferit, Romanorum libenter ad celeberrimam istam optimarum artium sedem commeantium affluentia et beneuolentia subleuata; pretia tamen rerum ob annonae caritatem semel aucta non tam breui tempore, cessante etiam calamitate bellica, imminui experientia

aspera multis discit

Iam percussa graui Germania uulnere Martis,
ut nobiscum dolet ill. Richterius in quinta de praesentis belli calamitatibus querela, sub finem.

f) Vti

f) Vti quidem obiicit aduersarius suus in oratione supra ex Dione excitata.

g) In mentem reuocat filio hanc curam suam paternam Cicero de offic. lib. III. cap. 2. §. 3. talibus ipsum uocibus hortatus, qualibus aures eius undique circumsonare optat. *Sustines, inquit, non paruum expectationem imitandae industriae nostrae, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Suscepisti onus praeterea graue et Athenarum, et Cratippi: ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem et urbis auctoritatem, et magistri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, (si discendi labor est potius, quam uoluptas), tantum fac, ut efficias; neue committas, ut, cum omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse uideare.* Morem patri gessisse tandem filium, tantum ex peccatis iuuentutis dolorem cruciatumque capientem, ut non solum animus a factis, sed aures quoque a commemoratione abhorrent, non solum Athenis Romam allati de ipso rumores, sed etiam hominum fide dignorum testimonia comprobant. Ipse Tironi suo? Cratippo me, scito, non ut discipulum, sed ut filium, esse coniunctissimum. Nam cum et audio illum libenter, tum etiam propriam eius suauitatem uehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctisque saepenumero partem: exoro enim, ut mecum quam saepissime coenet. Hac introducta consuetudine saepe inscientibus nobis et coenantibus obrepit, sublataque seueritate philosophiae, humanissime nobiscum iocatur. Num uero de cetero expectationi patris per omnia satisfecerit, ac praeclara eius uestigia semper sit sequutus, non conuenit inter scriptores, tum antiquos, tum recentiores. Luc. Ann. Senecam si audiamus, consulatum, quem ipsum cum Augusto gessisse, Plutarchus auctor est, non propter sua, sed patris merita consequutus est. Ita enim lib. III. de benefic. cap. 60. aliquando daturum me etiam indignis quaedam, non negauerim; in honorem aliorum; sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis, sed nouis, praetulit. Non sine ratione sacra est magnorum uirtutum memoria, et esse plures bonos iuuat, si gratia honorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium, quae res consulenti fecit, nisi pater? Hanc uero causam in notis addit Lipsius: nam uirtutes omnes aberant,

stupor et uitia aderant. Marcus quoque Seneca *Suasor. 6. nihil ipsum ex paterno ingenio habuisse, scribit, praeter urbanitatem.* Nescio, an haec loca Ciceroni filio parum honorifica ante oculos habuerit historiae patris scriptor, Morabinus. Certe ipsi non plus laudis, quam eius consobrino, tribuit, dum ita scribit *tom. II. lib. VI. cap. 21. pag. 297. voila, dans quelles dispositions de tendresse pour toute la famille revenoit à Rome le neveu de Cicéron et d'Atticus, ce jeune homme si cheri dans son enfance, qui promettoit tant, et en comparaison du quel le fils notre orateur avoit besoin d'éperons, tandes qu'il falloit au premier une bride pour le retenir dans ses progrès: l'un et l'autre tromperent l'attente de leurs parens, et ses des honorerent; celui dont il s'agit, par des traits de perfidie et de noirceur, qui durent le faire regarder d'eux comme un monstre, et notre Tullius, par une insensibilité stupide, qui ne le fit survivre à son pere, que pour être l'opprobre de son nom.* Sed nec caruit suis laudatoribus Tullius; et si ea est profecto, ipso iudice Ciceroe Hectorem illum Naeuiantum probante *lib. XV. epist. 6. et lib. VI. epist. 12. ad diuers. iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt: nulla certe iucundior ei contingere potuit illa, quam Brutus, uir laudatissimus, ipsi tribuit, sic ad patrem scribens epist. 3. libri ad Brutum: Cicero, filius tuus, sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus numquam dimittere uideatur cogitationem, cuius sit filius.* Adstipulatur egregio huic testimonio, quod etiam Plutarchus in Bruto perhibet, Lentulus *lib. XII. epist. 14. ad diuers. his uerbis: filium tuum, ad Brutum cum ueni, uidere non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus: sed medius fidius, ea esse eum opinione, et tua, et ipsius, et inprimis mea caussa gaudeo.* Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teque dignus est. Non immerito igitur illorum imperitiam, ne quid grauius dicat, arguit Franc. Fabricius in *Histor. Ciceron. ad a. u. c. 710.* qui, uerum esse, negant, quod patrem ad ipsum de parta laude bellica scripsisse, supra uidimus. Sed pluribus caussam eius duersus uituperatores calumniatoresque egit Middletonus in *Vita Ciceron. tom. II. pag. 635. sqq. melioraque ipsi praecordia Titanem finxisse, ostendit.*

Intem-

Intemperatiam uini uero, qua se aliquamdiu in otio uitae priuatae, ad exemplum Antonii, Baccho li- tantis, turpem dedit, loco Plinii *Histor. nat. lib. XIII. cap. 22.* excusat, quo uitium illud notans, et Marco Agrippae a temulento scyphum impactum commemorans, *hanc gloriam, ait, auferre Ciceronem uoluisse interfectori patris sui, Antonio. Is enim, ad- dit, ante eum auidissime apprehenderat hanc palmam; edito etiam uolumine de sua ebrietate.* Non repente quidem quem fieri malum, aeque facile credo, ac Ciceroni assentior, *lib. I. de inuenti. cap. 2.* difficile esse, statuenti, ut *homines a consuetudine subito con- uertantur, et ad diuersas uitae rationes traducantur.* Neque difficulter mihi persuaderi patior, dignita- tum gradus, ad quos post mortem patris, siue patriorum, siue priorum meritorum fauore ad- scendit, ipsum ab opprobrii turpitudine liberare, quod ei obiici uidemus. Ita uero illos Appianus *Bellor. ciuil. lib. IIII. pag. m. 994.* secundum uersio- nem Latinam enumerat: *Cicero minor in Graeciam praemissus a patre, praediuinante mala talia; inde ad Brutum profectus, et eo mortuo ad Pompeium, apud utrumque honorata militia dignatus est. Post hos Cae- sar, quo auerteret a se Ciceronis proditi dedecus, au- gurem eum fecit, et paullo post consulem, postremo Sy- riae proconsulem.* Sed cum instituti ratio haud pa- tiatur, omnem uitae ipsius admodum breuis colorem penitus inspicere atque examinare, aliis diiudican- dum relinquo, quis propiorem ueritati imaginem reddiderit.

§. VIII.

Sed tempus urget, ut ad tertium locum *Tertii loci* in *Diatribae* ex *lib. V. epist. 15.* adductum pro- *plenior ex-* *plicatio.* gre- diar. Eo uero breuiori hic mihi esse lice- bit, quo magis Siegelii explicatio cum mea conuenit, nisi quod uerbum *permutare* ibi ad- hibitum per procurare interpretetur. Haec sane procuratio, si ita dicere lubet, mea qui- dem opinione, non alia fuit, quam quae me-

diante permutatione alterius generis, i. e. interueniente cambio traiectionis, fit. Ita quoque Manutius illud, quod cum Attico se permutasse hic scribit Cicero, explicat per pecuniam ab Attico acceptam, eiusque procuratoribus reddendam.

§. VIII.

Quartus denique locus ex *epist. 5. lib. III. ad diuers.* pecuniae mentionem facit Ciceroni ex publica permutatione debitae, quam Siegelius de pecunia a mensario quodam accepta intelligit. Non magnopere huic sententiae refragor, dummodo uicissim mihi concedatur, fuisse praeter mensarios seu argentariae mensae, omnibus omni tempore abundanter patentes, auctoritate publica constitutos exercitores et argentarios, seu argenti distractores et uenditores, quales cum apud Ciceronem *a)* et Liuium *b)* aliosque ueteres auctores, tum in iure Romano *c)* passim obuersantur, eius modi permutatores ac negotiatores alios, siue publicos, siue priuatos, trassatorum seu trassantium nomine in iure cambiali uenientes, qui pecuniam uno loco acceptam aliorum transferendam, seu, ut Itali loquuntur, trassandam sine incommodo periculose soluentis seu remittentis, ut hodie stilo cambiali uocamus, alibiue per trassatum acceptantemue cambium

nume.

Quarti loci
uerior ex-
plicatio.

numerandam praesentanti schedulam curarent. Forte tales *Basilica* d) deinde ἀργυροπράκτας, sicuti nummularios τραπεζίτας, e) adpellarunt, quos cum Salmasio f) ill. Estor g) illorum quasi ministros dicit, qui nummos ad mensam tenebant, pecunias cogebant ac tractabant, variasque operas alias praestabant; quamquam saepius etiam nomina argentariorum et nummulariorum promiscue usurpantur.

a) Orat. pro Flacco, cap. 44.

b) *Histor.* lib. VII. cap. 21. et lib. XXIII. cap. 21.

c) L. 4. pr. D. de edend. l. 27. C. de pignor. l. 2. §. 2. C. de constit. pec. l. 12. §. 3. C. de cohortal. l. un. C. negotiat. ne milil. Cont. Claud. Salmasius de foenore trapezitico.

d) *Lib. VII. tit. 18. l. 4. pag. 387. edit. Car. An- nib. Fabrotti.*

e) L. 3. lib. VIII. §. 2. pag. 384.

f) *De modo usurarum cap. 17. pag. 499. et in Exercit. Plinian. in Solini Polyhist. pag. 761.*

g) *In Diss. de permissio et uetito collybo, quem agio uocant, cap. 5. §. 19.*

§. X.

Haec pro tuenda explicatione nostra locorum Ciceronis sufficiant. Sed non desunt alia eodem modo explicanda; ex quibus hic uel unum alterumue adhuc iuuabit addidisse. Ita nimirum *lib. II. epist. 17. supra citat. de praeda mea praeter quaestores urbanos, i. e. populum Rom. teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam.*

Noua loci ex Cicerone adducta.

Subiungit statim: *Laodiceae*, quae urbs ad ipsius dioecesin Asiaticam spectabat, *me praedes accepturum, arbitror, omnis pecuniae publicae, ut et mihi et populo cautum sit sine uecturae periculo.* Postrema haec uerba satis aperte monstrant, noluisse Ciceronem hanc praedam uectoribus committere transportandam. Quare haud incongrue Iac. Frid. Reimmannus, inter philologos et criticos non ultimum locum tenens, et de his litteris praeclare meritus, praedes per homines reddit illam pecuniam per cambium Romam transmissuros. Eandem sententiam fouit ὁ πᾶνν Gesnerus a), qui, sicut in reliquis etiam Ciceronis locis a me hanc in rem adductis explicatisque mecum consensit, ita hunc locum de illo permutandae pecuniae negotio, quod cambium hodie dici solet, interpretatur. Deinde Cicero in eadem epistola post uaria de Bibuli quaestoris in Syria maleuolo animo interiecta sic pergit: *nam ad senatum quas Bibulus litteras misit, in iis, quod mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit. Se, ait, curasse, ut cum quaestu populi pecunia permutaretur.* Quam permutationem pecuniae in Cilicia et Syria collectae b) quaestuosam itidem haud male laudatus

datus Reimmannus de cambio locali rei publicae
 Romanae proficuo uult intellectam: Non mi-
 nus huc pertinet, quae Cicero ad Atticum
lib. V. epist. 13. scribit: *Apolloniensem Xenonem*
commendauit: omnino omnia se facturum recepit.
Ego praeterea rationem Philogeni permutationis
eius, quam tecum feci, edidi. Xenonem enim
 Attici procuratorem fuisse, ex dictis §. 6.
 constat. Philogenes, ut apparet ex *princip.*
epist. 2. et 3. lib. VI. Attici libertus, ipsius ne-
 gotia in Epiro, ubi magnam bonorum par-
 tem habebat, procurauit. Vid. *epist. 7. lib.*
VII. Inter mandata uero, quae in hac quo-
 que epistola Attico a Cicerone commendan-
 tur, plures fuerunt res domesticae ac pecu-
 niariae in absentia Ciceronis Romae ab Atti-
 co saepe cambialiter tractatae. Quod etiam
 alio exemplo ex *epist. 1. lib. XI.* confirmatur,
 ubi similis permutationis fit mentio. Fallor
 praeterea, aut tota *epistola 20. libri V.* quae
 ad Rufum de rationibus prouincialis scripta,
 et uariantibus lectionibus saepe corruptis tam
 implicata, ut ipsi Oedipo coniectore opus es-
 se uideatur, tantopere obscuritate sua inter-

pretes criticos uexauit, et ingenium quoque Cortianum diuersimode exercuit, facilius meliusque intelligi potest, si ex indole ac natura negotii cambialis iuridica explicatur, et quae ibi ad liberandum Volusium de praedibus Valerianis et de pecunia Ciceroni Valerii mancipis nomine cuncta exstant, de eo intelliguntur, atque uocabula *praes* et *manceps* significati negotiatoris et cambiatoris, qualem utrumque fert, adcommoantur. Ut uerum tamen fatear, non minus ad hanc epistolam, quam ad uexatissimam *l. 5. D. de naut. foen.* quadrant uerba Varronis ex *libro III. de lingua Latin.* quae Iusti Zinzerlingi de uero eiusdem sensu *Commentatio c)* in fronte gerit. Sunt enim huius modi: *non mediocres tenebrae in sylua, ubi haec captanda. Neque eo, quo peruenire uolumus, semitae tritae; neque non in tramitibus quaedam obiecta, quae euntem retinere possint.*

a) *Thesaur. lingu. Latin. uoc. praes.*

b) Quomodo uero et quibus auxiliis tantum pecuniae ex Asiae suae dioecesibus collegerit Cicero, ipse partim Attico *lib. V. epist. 21.* indicat his uerbis: *ciuitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant.*

c) Apud Eu. Ottonem in *Thesaur. iur. Rom. tom. V.*

§. XI.

Quid uetat denique, argumentum, utut *Aliud argu-
mentum a
commerciis
et nundinis
Romanorum.*
superuacaneum, pro uindicanda sententia no-
stra petere a nundinis Romanorum? Siue enim
ab ipsis urbis incunabulis coeperint, siue mox
post illam conditam natae, siue demum a Ser-
uio Tullio *a)*, quem etiam primum aes, nota
pecudum, unde ipsum pecuniae nomen or-
tum duxit *b)*, signasse, Plinius *c)* auctor est,
institutae fuerint, certe ad communem illam
necessitatem, utilitatem, atque commodita-
tem, qua exigente stans diebus libera cuique
permutandi, emendi, uendendique potestas
data fuit, originem suam referunt *d)*. Tan-
tum quoque abest, ut eiectis regibus nundi-
nae sub iis ortae quoque in exilium iuerint,
aut defierint, ut potius successu temporis ma-
gis magisque frequentari, ac feriarum instar
Ioui et Saturno sacrarum, ueluti nitidiores
dies quadam quasi religione coeperint celebra-
ri *e)*. Quum autem in illis non solum ciues
Romani commercia sua exercerent, sed etiam
rustici ex uicinis uicis, ac peregrini ex dissitissimis
quoque oppidis ac regionibus undique tanta
copia

copia ad eas confluerent, ut praetor urbanus ad dirimendas inter emtores uenditoresque subinde exortas lites non sufficeret, sed praetor peregrinus *f)* etiam constituendus esset; quum ciues Romani quoque Cyprì negotia-
rentur, quam ob caussam Cicero *g)* Q. Volu-
sium eo misit, *ne ius sibi dictum negarent, quo-
niam euocare ex insula Cyprios non licebat;* quum
Mercurium, artium omnium, et sermonis in-
primis, unde quasi *Medicurrus*, seu medius in-
ter deos *b)* hominesque currens internuncius
hic

Atlantis Tegeaeque nepos commune profundis

Et Superis Numen,

uti Claudianus *i)* uocat, dictus esse uidetur, Romani aequè colerent, eique, tamquam nun-
dinarum omnisque mercimonii ac lucri *k)* tu-
tori, frequenti mercatorum praecipue coetu,
sacra facerent; neutiquam probabile est, eos
illud negotiationis permutationisue genus pe-
nitus latuisse, quod sequior aetas cambii traf-
fati nomine barbaro insigniuit. Valde itaque
miror, qui Leyferus etiam *l)* tam abscisse
omnem

omnem priscis Romanis cambii cognitionem abiudicare potuerit. Neque enim ad hanc illis adferendam eo, quod Cicero in *Orat. V. in Verrem* de collybo meminit, ubi certe de permutatione diuersi generis nummorum solummodo loquitur, neque titulo *Pandectarum*, de eo, quod certo loco, quorum equidem neutrum in partes meas traxi, opus; neque ad conditionem trapezitarum, argentariorum, et nummulariorum recurrendum est. Verissimum enim est Ciceronis *m)* effatum: *male coniecta maleque interpretata falsa sunt non rerum uitio, sed interpretum inscientia.* An uero haec omnia, quae aliquam tamen cum cambio similitudinem habere non negat, *ab eo tantum*, ut putat, differant, quantum *instinctus naturales brutorum a iure naturae*, alii iudicent.

a) Vid. *Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 16.*

b) Conf. *Isidor. Origin. XVII, 17. Add. V. C. Christiani Crusii Commentarius de originibus pecuniae a pecore.*

c) *Histor. nat. lib. XXXIII. cap. 3. Conf. ad Ottonem Sperlingium epistola Gisberti Cuperi apud Pohlenum in Thesaur. tom. III. pag. 59.*

d) Vid.

d) Vid. Erycius Puteanus *de nundinis Romanorum cap. 3.* et iuncta huic libello *mantissa* ex Gregorii Tholosani *Syntagm. iur. lib. XXV. cap. 3. de nundinis et mercatibus, §. 2. et 9.*

e) Putean. *l. c. cap. 29.*

f) De quo conf. Io. Henr. Mylii *Dissert.*

g) *Lib. V. epist. 21. ad Attic.*

h) Vnde *menestrator* uel *ministrator* seu minister deorum audiit, ut patet ex inscriptione, quam exhibet Iac. Sponius in *Miscell. erudit. antiquit. Sect. III.* apud Polenum *l. c. tom. III. pag. 830.* Refert hunc deorum famulum inter deos socios uel coniunctos Adrian. Relandus in *Diss. de diis Cabiris* apud eundem *ibid. fol. 334. seq.*

i) *De raptu Proserpin. l. 89.* ad quem locum conf. Gesnerus.

k) Hinc in ueteribus inscriptionibus modo *conseruator orbis*, modo *lucrorum potens*, modo *nundinator* et *negotiator* adpellatur apud Sponium *ibid.* et Puteanum *cit. cap. 29.* Graecis uero *Ἀγοραῖος* seu forensis dictus, de quo plura Graecarum antiquitatum promus condus locupletissimus, Io. Meursius in *Athenis Atticis lib. I. cap. 5.* apud Gronouium in *Tbesaur. antiquit. Graecar. tom. III. pag. 832.*

l) In *Meditat. ad Pandect. specim. CXXXIII. medit. 1.*

m) *De diuinat. lib. I. cap. 52.*

§. XII.

Vtrum Romani huius instituti ipsi fuerint inuentores, an ab aliis populis, forte a Graecis, uti plura alia, didicerint; et num hi illud, sicuti, ipsarum usum litterarum, a Phoenicibus acceperint: noua est, eaque altioris indaginis, quaestio, non minoribus obnoxia controuerfis illa: quis primus nummis cudendis adhibuerit manum. Alii enim Graecos signandae monetae auctores faciunt *a)*; alii usum nummorum ab Asiaticis gentibus, Assyriis et Babylonis potius ad uicinos Iudaeos et Graecos, ueluti propagine, transiisse, autumant *b)*. Quicumque uero nummos inuenit, hoc dubio caret, iam dudum ante Romanos apud Tyrios et Sidonios in aliisque Phoeniciae ciuitatibus inter ipsos Graecos et Iudaeos commercia exercita fuisse. Neque hinc improbabile est, hasce quoque gentes negotii cambialis iam aliquam notitiam habuisse. Sed meum non est, eius originem tam alte repetere, cui reliqua rerum orientalium peritis lubenter relinquenti, unice ue-

Num cambia Romanis antiquiora sint, in medio relinquatur.

stigia

stigia cambii apud Romanos obuia vindicare,
fuit constitutum.

a) Pollucis et Lucani testimoniis id probare ad-
gressus est Otto Sperlingius in *epistola ad Gisbert.
Cuperum*, apud Polenum *l. c.* pag. 43.

b) Gisbert. Cuperus in *epistola ad Sperlingium* *ibid.*
pag. 57. seq. et Steph. Morinus *ad Cuper. ibid.* pag.
61. sqq.




IO. FRIDERICI EISENHARTI, IC.

SERENISS. BRUNSVIC. ET LVNEBURG. DVCIS
A CONSIL. AVL. IVRIVM IN ILL. IVLIA CAROLINA
PROFESS. PVBL. ORD. FACVLT. IVRID.
PRAESIDIS

SPECIMEN

BIBLIOTHECAE

IVRIS CAMBIALIS.



EDITIO ALTERA PRIORI AVCTIOR ATQVE
EMENDATIO.

IO. FRIDERICI ESSENHARTI, J.C.

SENISS. BRUNSVIC. ET LUNEBURG. DVCS
A CONSIL. AVL. IVRIVM IN ILL. IVLIA CAROLINA
PROFESS. PVBL. ORD. FACULT. IVRID.
PRAESIDIS


SPECIMEN

BIBLIOTHECAE

IVRIS CAMBIALIS.



ORDINO ALTERA PRIORI AVCTOR ATQVE
EMENDATIONE



§. I.

Fontes iuris cambialis sunt diuersae ordina-
tiones cambiales, e quibus notari me-
rentur

1. eae, quae in exteris regnis uigent.

Angliae regni sub Guilielmo III. et *Scotiae*
sub Carolo II. in *Continuat. II. Corp. iur.*
camb. pag.

Belgii foederati a. 1719. apud Siegel. in *Corp.*
iur. camb. part. I. pag. 477. sqq.

Danica a. 1681. 88. et 1731. apud Siegel. *pag.*
328. sqq.

Gallica a. 1673. apud Siegel. *pag. 444. sqq. et*
a. 1719. apud eundem pag. 473. sqq.

Prussica a. 1684. et 1724. apud Siegel. *pag. III.*
sqq. a. 1751. in Continuat. I. pag. 2. sqq.

Russica a. 1729. apud Siegel. *pag. 548. sqq.*

Sueuica a. 1671. apud Siegel. *pag. 589. sqq.*
et a. 1748. in Continuat. I. pag. 17. sqq.

2. eae, quae in emporiis exteris celebrantur.

Amstelodamensis apud Siegel. *pag. 479. sqq.*

Antuerpiensis a. 1541. et 1667. apud Siegel.
pag. 407.

Argentoratensis a. 1693. 1747. et 57. in *Con-*
tinuat. II. pag. . . .

Bononiensis apud Siegel. *pag. 499. sqq.*

Dantiscana a. 1701. apud Siegel. *pag. 368.*
sqq.

Urbis Fani S. Galli a. 1693. et 1717. apud Siegel. pag. 426. sqq.

Genuensis a. 1633.

Lugdunensis a. 1667. apud Siegel. pag. 433. sqq.

Rigensis a. 1671.

Roterodamensis a. 1660. apud Siegel. pag. 422. sqq. et a. 1720. in *Continuat.* II. pag.

Veneta a. 1704. et 1710. apud Siegel. pag. 438. sqq.

Vesuntinensis apud Siegel. pag. 509. sqq.

Vratislaviensis a. 1672. et 1712. apud Siegel. pag. 278. sqq. a. 1722. in *Continuat.* I. pag. 61. sqq.

3. *Leges cambiales Germanorum, inter quas eminent*

a. *Recessus imperii* a. 1654. §. 107. apud Siegel. pag. 148. et *Conclusum imperii* a. 1671. in *Continuat.* I. pag. 1.

b. *Iura cambialia prouincialia, in quorum censum ueniunt Ius cambiale Altenburgense* a. 1697. et 1720. apud Siegel. pag. 179. sqq. a. 1750. in *Continuat.* I. pag. 46. sqq.

Anspacense a. 1739. in *Continuat.* I. pag. 28. sqq.

Austriacum a. 1717. apud Siegel. pag. 148. sqq.

Brandenburgicum a. 1709. 1724. apud Siegel. pag. 119. sqq. et 1751. in *Continuat.* I. pag. 2. sqq.

Brunsuicense a. 1715. apud Siegel. pag. 244. sqq. et 1723. in *Continuat.* I. pag. 45.

Casselanum a. 1751. in *Continuat.* II. pag.

Culmbacense a. 1717. apud Siegel. pag. 199. sqq.

Hanouiense a. 1737. in *Continuat.* II. pag.

Hen-

Hennebergicum a. 1748.

Iuliacense et Bergense a. 1726. in *Continuat. II.*
pag.

Lusatiae superioris apud Siegel. pag. 86. sqq.

Palatinum a. 1726. apud Siegel. pag. 389. sqq.

Rudolstadiense a. 1755. in *Continuat. I.* pag. 58.
sqq.

Rutheno - Plaviense a. 1717. apud Siegel. pag.
159. sqq.

Silesiacum a. 1738. apud Siegel. pag. 295. sqq.

Vinariense a. 1726. apud Siegel. pag. 190. sqq.

Württembergicum a. 1759. in *Continuat. II.* pag.

c. Ordinationes cambiales celeberrimorum
Germaniae emporiorum.

Augustana a. 1665. renouat. 1701. et 1716.
apud Siegel. pag. 316. sqq.

Bolsanansis a. 1666. apud Siegel. pag. 201. sqq.

a. 1718. apud eundem pag. 217. sqq. 579.

sqq. et a. 1744. in *Continuat. I.* pag. 92. sqq.

Bremensis a. 1712. apud Siegel. pag. 263. sqq.

Brunsvicensis a. 1686. renouata, et ad totum

Ducatum extensa a. 1715. apud Siegel. l. c.

Budissinensis a. 1635. et 1666.

Coloniensis a. 1675. et 1691. apud Siegel. pag.

387. sqq.

Erfordiensis a. 1706. et 1707. apud Siegel.

pag. 232.

Francofurtana a. 1662. renouata 1676. apud

Siegel. pag. 380 sqq. et a. 1739. in *Conti-*

nuat. I. pag. 74. sqq.

Hamburgensis a. 1711. apud Siegel. pag. 414.

sqq. et a. 1729. *ibid.* pag. 588. sequ.

Lipsiensis a. 1682. apud Siegel. pag. 1. sqq. et
Continuat. I. pag. 91.

Lubecensis a. 1662. 1669. 1706. apud Siegel.
pag. 364. sequ. et Continuat. II. pag.

Norimbergensis a. 1722. apud Siegel. pag. 346.
sqq.

Numburgensis a. 1693. et 1698. apud Siegel.
pag. 365. sqq.

§. II.

Collectiones legum cambialium edide-
runt

Anonymus sub tit. *der in allen Faellen vor-
sichtige Banquier* cet. Francof. et Lips. 1733, 4.

Io. Christian. Herbachius *in der Europaeischen
Wechsel-Handlung*, worinnen nicht allein vom
Ursprung derselben, Erfindung der Wechsel-Briefe,
Art der Wechsel, Cours, Agio, Provision, cet.
wie auch von denen vornehmsten Bianchi, von de-
nen berühmtesten Messen gehandelt, sondern auch
eine General-Wechsel-Reduction gezeiget wird;
nebst denen neuesten Wechsel- und Banco-Ordnun-
gen, zum Dienst der Wechsler, Handels-Leute,
Rechtsgelehrten, und Kaufleute. Norimbergae
1756. et 57. fol.

Io. Christian. Koenigke *in dem Anhang zu
den Anmerckungen über der Stadt Leipzig Wech-
sel-Ordnung.* Lips. 1712. et 1717, 4.

I. Phoonsen *in dem Wissel-Stil tot Amster-
dam*, vervattende niet alleen, wat men gewoon,
maar ook wat een voorsichtig Koopmann tot syn
Securiteyt in de Wissel-Handel dienstig en noodig
is, mitsgaders Ordonnantien, Willekeuren en Re-
glementen van Wisselen cet. Tertia editio prodiit
Am-

Amstelod. 1737, 8. Supplementum addidit Isaac. le Long in dem *Vervolg van de Wissel-Stil tot Amsterdam* *ibid.* 1729, 8. Nouam parat editionem ill. Meermannus in forma quarta maiori, quam uocant. Germanice uersus liber prodiit in Koenigkii *Append. ad O. C. Lips.* 1712. et 1717, 4. unde repetiit Siegel. in *Corp. iur. camb. part. II. pag. 841. sqq.*

Io. Gottl. Siegelius in *Corpore iuris cambialis Lips.* 1742. fol. II. partibus. Continuatio I. prodiit *Lips.* 1757. fol. et II. *ibid.* 1763. ead. form.

§. III.

Commentatores ad diuersas ordinationes cambiales.

Amstelodamensem illustrauit I. Phoonfen, de quo paullo ante.

Francofurtanam Io. Ludou. Sponius in *des heil. Röm. Reichs Stadt Franckfurt am Mayn Wechsel-Recht aus dasigen Statutis, sonderlich der iüngsten Wechsel-Ordnung methodice verfasset.* *Francof. et Lips.* 1752, 4.

Hamburgensem Dau. Otto in *Diss. de cambiis, Aureliae* 1687, 4.

Lipsiensem Io. Christian. Koenigke, de quo paullo ante, et Christoph. Immigius in *Iure cambiali harmonico Lipsiensi Magdeburgico, Lips.* 1707. 4.

Norimbergensem Io. Iodoc. Beckius in *Diss. ad Ord. camb. Noricam, Altdorff.* 1715, 4. et in *dem vollständigen Wechsel-Recht, Norimb.* 1729. 1752, 4.

Prussicam Io. Ludou. Lestock in der Erläuterung des allgemeinen und Preussischen Wechsel-Rechts, Regiom. 1762, 4.

Rigensem Io. Gottl. Siegelius in *Diss. selecta iuris Rigensium cambialis capita*, Lips. 1751, 4. et apud Lestock. c. l. *Addit.* 1. num. 5. pag. 77. sqq.

§. III.

Scriptores elementorum et systematum iuris cambialis.

Anonymus in der Anleitung zum gründlichen Verstand des Wechsel-Rechts; qui libellus cura Io. Iac. Heidigeri prodiit Francof. 1676, 4. Adiecta Io. Waltheri *Diss. de cambiis Marburgi* eodem anno habita. Recus. Colon. 1715, 4.

Martin Azpilcueta *de cambiis*, recus. in *Operibus Venetiis* 1602. et 1645. fol. editis.

Der in allen Fällen vorsichtige Banquier. Francof. et Lips. 1733, 4.

Io. Ad. Beckius in *Tr. vom Wechsel-Recht*, Norimb. 1729, 4. recus. sub tit. *vollständiges Wechsel-Recht* ibid. 1752, 4.

Diet. Aug. Brüchting in dem Vnterricht zum gründlichen Verstand des Wechsel-Rechts. Lips. 1748, 4.

Io. Bapt. Cauatius in *Tr. de cambiis per litteras*. Mediolan.

Dominic. Fabianus in *Tr. de cambiis*, in *Tr. Tr. VI.* Bonon. 1626. Geneu. 1668, 4.

Io. Christoph. Franckius in *Institutionibus iuris cambialis, ex legibus cambialibus diuersarum gentium, indole negotiationis, moribus camporum* cet.

cet. collectis. Halae 1721, 8. Ienae 1737, 8. Lips.
1741, 8. et cum praefatione Henr. Brockes Ien.
1751, 8.

Io. Gottl. Heineccius in *Elementis iuris cam-*
bialis, Amstelod. 1742, 8. mai. Venet. 1746, 12.
Vitemberg. 1748, 8. Geneu. 1748, 4. Francof.
1748, 4. *ibid.* 1756, 8. mai. Norimberg. 1763.
ead. form. Praelectionibus Germanice editis
haec *Elementa* illustravit Lestockius Regiom.
1762, 4. *uid. supra* §. 3.

Io. Christian. Herbachius in *der Europaei-*
schen Wechsel-Handlung, cet. *uid. supra*.

Io. Frid. Hofmannus in *dem blühenden Wech-*
sel-Baum.

Hieron. Iouaminus *de cambiis*, Bonon.

Hieron. de Luca *de cambiis, marcharum-*
que differentiis, in *Tr. Tr. et Venet.* 1584.

Io. Bapt. de Luca in *Theatr. ueritat. et iustit.*
tit. de cambiis.

Ant. Merenda *de cambio nundinali. Papiae*
1645. fol.

Wenceslaus Neumannus de Puchholz in
Tr. de cambio Prag. 1731, 8.

Seraph. Raetius *de cambio. Perus.* 1604.

Io. Maximil. Raumburgerus in *den Grund-*
festen des heil. Röm. Reichs und anderer Königrei-
che und Staaten, Rechten und Gewohnheiten in
Wechsel- und Commerciën-Sachen; nebst einem
Anhang von Asscuranz- und See-Affairen. Fran-
cof. 1723, 4.

Io. Henr. Christ. de Selchow in *den Grund-*
sätzen des Wechsel-Rechts. Gotting. 1758, 8.

Io. Gottl. Siegelius in *der Einleitung zum*
Wechsel-Recht überhaupt, Lips. 1743, 4. **Recu-**

sus ibidem libellus 1752. eadem forma hoc tit. *Einleitung zum Wechsel-Recht überhaupt, darinnen aus denen neuesten Wechsel-Ordnungen gezogene Sätze nach ihrer natürlichen Ordnung, nebst vielen den Vsum fori erläuternden Praeiudiciis zu befinden.*

Io. Thom. Sprengerus in der kurzen *Wechsel-Practic. Francof. 1667, 4.*

Casp. Thurmannus in libro *Cambialia inscripto. Hamb. et Lips. 1704. 1712. fol.*

Raph. de Turri in *Tr. de cambiis. Francof. 1548. 1645. 1655. Geneu. 1641. fol.*

Thomas de Vio in *Tr. de cambiis, Tr. Tr. VI.*

Io. Mart. Vogtius *de cambiis, Giess. 1658. et cum adnotationibus Ahasuer. Fritschii Francof. 1670, 4.*

Io. Wunderlich in dem *Abriss eines Collegii über das Wechsel-Recht. Ien. 1758, 8.*

Hieron. Zipfel in dem *Wechsel-Tractat. Francof. 1678. Lips. 1699. 1701. Norimb. 1738, 4.*

§. V.

Collectiones Consiliorum et responforum.

Gothofr. Christ. Bohnii *wohlerfabrner Kaufmann. Hamb. 1750, 8.*

Io. Christ. Koenigke l. c. pag. 623. sqq.

Isaac. le Long. in dem *Vervolg van de Wissel-Stil tot Amsterdam. Amstelod. 1729, 8.*

Io. Ludou. Lestock. in der *Erläuterung des allgemeinen und Preussischen Wechsel-Rechts, Addit. 2. num. 2. - 9. pag. 166. sqq. Pareres et iudicata; ibid. num. 11. pag. 189. sqq. Responsa iuridica in caussa commerciorum cambialium exhibet.*

Iac.

Iac. Savary *Consilia siue responsa de praecipuis et maxime arduis commerciorum caussis Paris. 1678, 4. seu uolum. II. libri: le parfait Negociant.*

Io. Gottl. Siegelius in *Corp. iur. camb. part. II. pag. 1. sqq. Pareres, et pag. 207. sqq. decisio- nes atque responsa cambialia exhibet.*

Wechsel-Responsa, welche von der Juristen-Facultät zu Franckfurt an der Oder von Zeit zu Zeit auf Begehren sind ertheilet und ausgestellt worden. Francof. 1749. et 50, 4. part. II.

§. VI.

Processum cambialem delinearunt

